3 2044 107 268 880

Tar
T42
d

DISSERTATIONES

ACADEMICAE

VPSALIAE HABITAE

SVB

PRAESIDIO

CAROL. PETR. THVNBERG

EQVITE AVRAT. REG. ORD. DE WASA

MED. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOC. SCIENT. VPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRVT. PARIS. HAFNIENS. ET HALENS. HIS. NAT. LVNDENS. HARLEM. AMSTELOD. ZELAND. NIDROS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYSIC. GOETTING. MEDIC. PARIS ET MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STVD. EDIMB. MEMBRO OECON. FINLAND. NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPEL AGRICVLT. PARIS. MED. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAV. IND. OR. CORRESP.

VOLVMEN TERTIVM.

CVM TAB. XII. AENEIS.

GOTTINGAE

APVD HENRICVM DIETERICH.

1801.

DISSERTATIONES ZOOLOGICAE

IN

TERTIO VOLVMINE

CONTENTAE.

1. De Muraena et Ophichto. — Pag. 1
2. De Insectis Suecicis. P. 1. — 13
3. — — — P. 2. — 37
4. — — — P. 3. — 60
5. — — — P. 4. — 66
6. — — — P. 5. — 76
7. — — — P. 6. — 86
8. — — — P. 7. — 95
9. — — — P. 8. — 100
10. — — — P. 9. — 111

11. Novae Insectorum Species. P. 1. Pag. 124

12. — — — P. 2. — 150

13. — — — P. 3. — 173

14. — — — P. 4. — 189

15. — — — P. 5. — 205

16. — — — P. 6. — 226

17. Characteres Generum Insectorum. — 249

18. De Falcone canoro. — — 264

EXPLI-

EXPLICATIO FIGVRARVM.

Tab. I. et II.

(Ad Dissertationem primam pertinet.)

Muraena *annulata.* Muraena *fasciata.*

Muraena *nebulosa.* Muraena *picta.*

Tab. III.

(Ad Insecta Suecica. P. 1.)

Animadv. Fig. 23, 24 et 25 in Tab. sequente sunt repraesentatae.

Fig. 1. Noctua *triangularis.*

— 2. Noctua *evidens.*

— 3. Noctua *pyramidata.*

Fig. 4. Geometra *pulverata.*
— 5. Geometra *maculata.*
— 6. Geometra *pictoria.*
— 7. Geometra *vespertaria.*
— 8. Geometra *oblongata.*
— 9. Geometra *violata.*
— 10. Geometra *furcata.*
— 11. Geometra *obliquata.*
— 12. Geometra *cuspidata.*
— 13. Pyralis *atralis.*
— 14. Pyralis *sulphuralis.*
— 15. Pyralis *nemoralis.*
— 16. et 17. Pyralis *ocellaris.*
— 18. Tortrix *Gyllenhaliana.*
— 19. Tortrix *Westriniana.*
— 20. Tortrix *litterana.*
— 21. Tortrix *Osbeckiana.*
— 22. Tortrix *coronana.*
— 23. — 24. Tortrix *Bierkandrella.*
— 25. Tortrix *punctana.*

TAB. IV.

(Ad Insecta Suecica. P. 7.)

Fig. 1. Tinea *aridella.*
— 2. Tinea *abruptella.*
— 3. Tinea *hamella.*
— 4. Tinea *forficella.*
— 5. Tinea *nemorella.*
— 6. Tinea *6-guttella.*
— 7. Tinea *auripunctella.*
— 8. Tinea *Gyllenhalella.*
— 9. Tinea *viduella.*
— 10. Tinea *virgella.*
— 11. Tinea *atomella.*
— 12. Tinea *fungella.*
— 13. Tinea *laterella.*
— 14. Tinea *oculella.*

TAB. V.

(Ad Infecta Suecica. P. 2.)

Fig. 1. Tortrix *penſiana*.
— 2. Tortrix *groendaliana*.
— 3. Tortrix *fimbriana*.
— 4. Tortrix *hirundana*.
— 5. Tortrix *rhenana*.
— 6. Papilio *lappona*.
— 7. Bombyx *lapponica*.
— 8. 8. Papilio *Embla*.
— 9. Tortrix *halliana*.
— 10. Noctua *lapponica*.
— 11. 11. Papilio *Norna*.
— 12. Noctua *melaleuca*.
— 13. Noctua *leucoptera*.
— 14. Papilio *Freya*.

TAB. VI.

(Ad Insecta Suecica. P. 4.)

Fig 1. Bombyx *signata.*
— 2. Bombyx *fusca.*
— 3. Noctua *templi.*
— 4. Phalaena *fuscaria.*
— 5. Phalaena *sordaria.*
— 6. Phalaena *circularia.*
— 7. Phalaena *zonata.*
— 8. Phalaena *abruptaria.*
— 9. Phalaena *angularia.*
— 10. Phalaena *arundinata.*
— 11. Phalaena *corylata.*
— 12. Phalaena *flavofasciata.*
— 13. Phalaena *pupillata.*

TAB. VII.

(Ad nova Insecta. P. 1.)

Fig. 1. Anobium *bifasciatum.*
— 2. Anobium *capense.*
— 3. Anobium *ruficolle.*
— 4. Dermestes *marginatus.*
— 5. Dermestes *maculatus.*
— 6. Dermestes *bipustulatus.*
— 7. Dermestes *interruptus.*
— 8. Dermestes *bifasciatus.*
— 9. Lucanus *capensis.*
— 10. Coccinella *Psi.*
— 11. Coccinella *8-maculata.*
— 12. Coccinella *gibba.*
— 13. Coccinella *japonica.*
— 14. Coccinella *fimbriata.*
— 15. Coccinella *trinotata.*
— 16. Coccinella *grandis.*
— 17. Coccinella *indica.*
— 18. Coccinella *oculata.*
— 19. Coccinella *similis.*
— 20. Coccinella *borealis.*
— 21. Coccinella *capensis.*

Fig. 22. Coccinella *pusilla.*
— 23. Coccinella *distincta.*
— 24. Coccinella *flexuosa.*
— 25. Coccinella *repanda.*
— 26. Coccinella *flavicollis.*
— 27. Coccinella *undulata.*
— 28. Coccinella *lunata.*
— 29. Coccinella *Crux.*
— 30. Coccinella *Comma.*
— 31. Coccinella *lineata.*
— 32. Coccinella *laevis.*
— 33. Coccinella *rivosa.*
— 34. Coccinella *dentata.*
— 35. Coccinella *hirta.*
— 36. Coccinella *20-pustulata.*
— 37. Coccinella *8-guttata.*
— 38. Cicendela *grandis.*
— 39. Cicendela *japonica.*
— 40. Cicendela *tridentata.*
— 41. Cicendela *Catena.*
— 42. — 43. *Varietates.*
— 44. Hemerobius *grandis.*

TAB. VIII.

(Ad nova Insecta. P. 2.)

Fig. 1. Cimex *diopthalmus.*
— 2. Cimex *grandis.*
— 3. Cimex *guttigerus.*
— 4. Cimex *spinifex.*
— 5. Cimex *clavatus.*
— 6. Cimex *jaculus.*
— 7. Cimex *muricatus.*
— 8. Cimex *unipunctus.*
— 9. Cimex *transversus.*
— 10. Cimex *humeralis.*
— 11. Cimex *subulatus.*
— 12. Cimex *Comma.*
— 13. Cimex *Fullo.*
— 14. Cimex *tibialis.*
— 15. Cimex *chinensis.*
— 16. Cimex *Anchora.*
— 17. Cimex *fimbriatus.*
— 18. Cimex *variegatus.*
— 19. Cimex *costatus.*

TAB. IX.

(Ad nova Insecta. P. 3.)

Fig. 1. Cimex *hastilicornis.*
— 2. Cimex *aulicus* β. *crocatus.*
— 3. Cimex *superstitiosus.*
— 4. Cimex *purpureus.*
— 5. Cimex *Angur*, γ.
— 6. Cimex *Angur*, δ.
— 7. Cimex *caffer.*
— 8. Cimex *angustatus.*
— 9. Cimex *ocellatus.*
— 10. Mantis *lobata.*
— 11. Elater *festivus.*
— 12. Elater *6-guttatus.*
— 13. Hispa *capensis.*
— 14. Mordella *nasuta.*
— 15. Panorpa *capensis.*
— 16. Panorpa *japonica.*
— 17. Attelabus *gemmatus.*
— 18. Attelabus *indicus.*

TAB. X.

(Ad nova Insecta. P. 4.)

Fig. 1. Carabus *thoracicus.*
— 2. Carabus *fimbriatus.*
— 3. Carabus *6-guttatus.*
— 4. Carabus *trilineatus.*
— 5. Carabus *lunatus.*
— 6. Carabus *prasinus.*
— 7. Carabus *bilineatus.*
— 8. Carabus *fasciatus.*
— 9. Myrmeleon *luteum.*
— 10. Myrmeleon *capense.*

TAB. XI.

(Ad nova Insecta. P. 5.)

Fig. 1. Cassida *purpurea*.
— 2. Cassida *reticulata*.
— 3. Cassida *furcata*.
— 4. Cassida *20-maculata*.
— 5. Cassida *4-maculata*.
— 6. Cassida *bimaculata*.
— 7. Cassida *lunata*.
— 8. Buprestis *vittata*.
— 9. Buprestis *elegans*.
— 10. Buprestis *oculata*.
— 11. Buprestis *ruficollis*.
— 12. Buprestis *marginata*.
— 13. Buprestis *cornuta*.
— 14. Buprestis *futuralis*.
— 15. Buprestis *caffra*.
— 16. Buprestis *6-guttata*.
— 17. Buprestis *10-guttata*.
— 18. Buprestis *bifasciata*.
— 19. Buprestis *trifasciata*.
— 20. Gryllus *capensis*.
— 21. Gryllus *spumosus*.

TAB. XII.

(Ad nova Inſecta. P. 6.)

Fig. 1. Meloe *tripunctatus β.*
— 2. Meloe *impar.*
— 3. Meloe *bicolor.*
— 4. Meloe *bimaculatus.*
— 5. Meloe *14-punctatus.*
— 6. Meloe *10-punctatus.*
— 7. Meloe *4-punctatus.*
— 8. Meloe *3-punctatus γ.*
— 9. Meloe *coccus.*
— 10. Meloe *coccus α.*
— 11. Meloe *cichorei.*
— 12. Meloe *trifaſciatus.*
— 13. Meloe *capenſis.*
— 14. Meloe *lunatus.*
— 15. Meloe *oculatus.*
— 16. Meloe *puſtulatus.*
— 17. Meloe *16-guttatus.*
— 18. Meloe *10-guttatus.*
— 19. Meloe *4-faſciatus.*
— 20. Meloe *undatus.*

Error typographicus.

In Vol. II. p. 105. loco J. pulmaria leg. *plumaria.*

DISSER-

DISSERTATIO
DE
MURAENA
ET
OPHICHTHO.

D. 27. JUN. 1789.

RESP.

JONAS NICOL. AHL.

PROOEMIUM.

Intentiori rerum universarum faciem oculo intuentes, expressa ubique summae Sapientiae vestigia detegimus. Mirandis, varia spectaculis ditissima natura, rerum imprimis animatarum multitudine, ordine et venustate, pectora stuporis sensu perfundit. Nullo non tempore naturam penitius noscere ejusque adyta penetrare tentatum est, dissimili tamen successu. Dissidia enim inter eos orta, qui in ordinem naturae divitias systematicum redigere tentarunt, effecerunt, ut, quae facilitate in suas delicias homines alliceret amoenissima scientia, tricis potius implicata, ingenia molestiarum impatientia retundere visa sit.

Recentiorum vero obſervationibus debet ſcientia, quod iſtis expedita impedimentis, in ſummum, quo jam gloriatur, faſtigium evehi potuerit, licet in quibusdam illius partibus, permulta amplius reſtent enodanda, et poſt hac reſtitura ſint, quamdiu inexhauſti naturae fontes, curioſis mortalium animis novas perſcrutandi occaſiones praebebunt.

Mirum ſane non videbitur, ſi a perfectione longius diſtare reperiatur vaſtiſſimi incolarum Oceani cognitio, quorum maxima pars, in alti numquam penetrando receſſu, ſine dubio ad ſera usque tempora, hominum curas et oculos fallet.

Perquiſitius explorato piſcium interno habitu et progenerandi ratione, lucem Ichthyologia primum reſpicere cepit; hinc, licet difficilius genera piſcium diſtinguamus, quo pauciores iis facultates et notae, reſpectu aliorum animalium, conceſſae, quoque propius ſibi invicem accedere et confundi videantur, eos tamen, qui hucusque nobis obvenerunt, dilucide ſatis dignoſcere valuimus, fundamenta, in ordinibus et plerisque generibus diſponendis, e pinnarum ſitu et natura petentes.

Genus illud, quod in Syſtem. Nat. LINN. nomine *Muraenae* inſignitur, habitu, oeconomia et propagandi modo medium quaſi tenet inter Amphibia et piſces, propius tamen ad hos, ob branchiarum ſtructuram, accedit.

Exercitationis gratia hoc ſpecimen editurus, in examinandis ſpeciebus, ſub hoc genere comprehenſis, quarundam a ceteris tantum reperi diſcrimen, ut in duo illas diſtinguere genera neceſſarium fuerit; gaudent ſcilicet pinnis pectoralibus aliae, aliae nullis.

Antiquorum Muraena pinnas non habet pectorales; ad illam igitur, novas quasdam, ab illustr. Dom. PRAESIDE, in India Orientali, detectas species retuli, ceteris autem nomen *Ophichthus* imposui, tuoque favore L. B. fretus, juvenilem hunc laborem miti tuae censurae submittere volui.

* * *

1. MURAENA.

CHARACTER GENERICUS:

Animal *apodum*, *pinnis ventralibus pectoralibusque nullis.*

Membrana branchiostega decemradiata, connata.

Aperturae branchiarum remotae, laterales, solitariae.

2. OPHICHTHUS.

CHARACTER GENERICUS:

Animal *apodum*, *pinnis ventralibus nullis.*

Membrana branchiostega decemradiata, connata.

Aperturae branchiarum remotae, laterales, solitariae, ante pinnas pectorales.

NOTAE COMMUNES horum duorum Generum:

Omnes instruuntur dentibus numerosis, acutis.

Omnes itaque delectantur cadaveribus, quadrupedum, piscium, insectorum et aliorum animalium carne; rarius vegetabilibus.

Omnes pinnas habent dorsalem et analem, hasque nonnullae coadunatas cum cauda pinnata.

Omnibus corpus teretiusculum vel parum compressum, imprimis versus caudam.

NOTAE SPECIALIORES:

Aliis cauda apterygia, *aliis* pinnata.
Aliis tentacula vel cirri, plures vel pauciores.
Aliis pinnae radiatae, *aliis* ſubmembranaceae.

DIFFERENTIAE A COGNATIS:

Differunt a Caecilia: ore maxillofo, operculis, aperturis, pinnis.
a Sirene: Aperturis vel ſpiraculis nudis, absque artubus.
Muraena Coeca: LINN. Aperturis lateralibus.
Gymnoto: dorſo pinnato.
Trichiuro:
Carapone: } Operculis connatis, cauda non
Ammodyte: } acuminata, ceteris.
Reliquis:

Obſ. 1. *Muraena Coeca*, LINN. Syſt. Nat. p. 426. *a nullo praeterea commemorata, piſcis adhuc obſcurus eſt, nec bene ad Muraenae genus vel Ophichthi, ob aperturas branchiarum, ſub collo collocatas, referri poteſt.*

2. *Conger indicus maculoſus*, Willugb. *tab. G. f. 1. adhuc ignota ſpecies, Muraenae tamen generis, ut videtur, eſt.*

MURAENA.

1. M. HELENA: *cinereo-fuſca, maculis inaequalibus punctatis.*

Synonyma: *M. Helena* Linn. S. N. p. 425.
Bloch. de Piſcib. P. 2. p. 31. Tab. 153.
Houtuyn Natuurl. Hiſt. I. Del. 7. St. p. 83. tab. 57. f. 1. 2. a)

Murae-

a) Veſicam natatoriam huic adſcribit Houtuyn.

Muraena maculata nigra, et viridis; Catesby. Natür. Hiſt. p. 20. 21. Tab. 20. 21. huc pertinere videntur.

Italis: *Mourene* ſive *Morena* et *Fluta;* Germanis: *Mur-Aal.* ſ. *Muur-Aal.* Hollandis: *Moer-Aal.*

Habitat in Mari Mediterraneo, vulgaris. In India Orient. et in Bahama Americes.

A multis Hellados et Latii Auctoribus ut piſcis delicatiſſimus commemoratur. Servos, morti dicatos, in piſcinas ejiciebant, cujus funeſtum habemus exemplum in ſervo quodam Pollionis, qui, leviſſimum ob crimen, in pabulum abire Muraenarum damnatus eſt *b*). Ad littora petroſa capitur; allicitur cancris preſſis, vel ſanguine in aquam ejecto; piſcibus vel carne hamo impoſitis, poſtea capitur; aqua autem dum extrahitur piſcis, prudenter praecauendum eſt, ne cauda lapides circumvolvat, quo caſu prius dilaceratur, quam loco evellitur. Captus, mutilatione vel preſſione caudae necatur.

Obſ. *Specimini, a D. Praeſide ex India orientali allato, cirri ſunt breves et pinnae absque radiis manifeſtis.*

2. M. NEBULOSA: *cinerea, maculis ocellaribus radiantibus nigris.*

Habitat in Orientali India.

Corpus teres, parum compreſſum, ſeſquiſpithameum, digiti craſſitie, poſtice attenuatum et magis compreſſum, albidum vel flaveſcenti-cinereum, undique nigromaculatum: maculis ocellaribus, transverſis, radiantibus, lineolis flexuoſis et ſubreticulatis.

b) Plin. XI. Cap. 23.

Caput conico-attenuatum.
Maxillae aequales: ſuperioris nares lineares, tentaculis duobus ante nares, brevibus.
Aperturae branchiarum laterales, oblongae, pollicem a capite remotae.
Pinnae pectorales nullae. *Dorſalis* ante medium incipiens, cum *Anali* conjungitur. *Caudalis* caudam ambiens, cum dorſali et anali conjuncta.
Anus in medio corpore.
Cauda valde compreſſa, obtuſa.

3. M. PICTA: *cinerea, maculis, ocellis, lunulis punctisque ferrugineis.*
Habitat in Indiae Orientalis aquis.
Corpus teres, prope caudam compreſſum, digiti craſſitie, vix pedale, cinereo-albidum, undique pictum ocellis, lunulis, maculis punctisque fuſco-ferrugineis, ex lineolis duplicatis conflatis.
Caput antice anguſtatum.
Maxillae ſubaequales, ſuperiore bidentaculata.
Aperturae branchiarum laterales, lineares, pollicem a capite remotae.
Pinnae pectorales nullae. *Dorſalis* pone caput incipiens caudam ambit et cum *anali* conjungitur. *Caudalis* itaque cum dorſali et anali connexa, caudam ambit.
Anus in medio corpore.
Cauda valde compreſſa, obtuſa, ultimo apice acutiuſculo.

4. M. ANNULATA: *caeruleſcens annulis fuſcis.*
Habitat in Indiae Orientalis aquis.
Corpus, ſtatura Petromyzonis fluviatilis, teretiusculum, parum compreſſum, biſpithamaeum vel paulo ultra, craſſitie digiti minimi, caerule-

ruleſcens, annulis 31 fuſcis, 4 circiter lineas latis; faſcia prima caput inter nares et oculos occupat, et ceterae ad caudam, cujus apex reliquo corpori concolor, continuantur.

Maxillae ſubaequales, dentatae. Palatum dentatum. Lobus utrinque in maxilla ſuperiori infra nares.

Nares vix tubuloſae.

Aperturae branchiarum: foramina pone faſciam tertiam, pollicari a capite diſtantia.

Pinnae pectorales nullae. *Dorſalis*, colore corporis et ſimiliter annulis corporis interrupta, incipit a collo et ad caudam ſenſim attenuando progreditur, ſic ut juxta annulum a cauda ſecundum evaneſcat. *Analis* ſimillima dorſali, regionem inter anum et caudam occupat, eo tamen diſcrimine, ut ad faſciam a cauda quintam non perſpicitur. *Caudalis* nulla; ſed apex *caudae* compreſſus, attenuatus.

Anus pone annulum a capite 15mum.

Linea lateralis in medio corpore excavata ad annulum a capite 10mum demum conſpicua, ad caudae apicem extenditur.

5. M. FASCIATA: *caeruleſcens faſciis maculisque fuſcis.*

Habitat in Indiae Orientalis aquis.

Corpus teres, parum compreſſum, bipedale, digiti craſſitie, caeruleſcens, faſciatum faſciis circiter triginta fuſcis, ſemiunguicularibus, pollicari ſpatio remotis, ſaepe annularibus et cum oppoſitis lateris oppoſiti coalitis. Has inter faſcias maculae rotundatae fuſcae, vel ſolitariae vel per paria ſparſae.

Caput compreſſum, acutum, gula parum dilatata.

Maxilla ſuperior longior, bidentaculata.

Aperturae branchiarum ad latera, pollicari ſpatio a capite remotae ante faſciam tertiam.
Pinnae pectorales nullae. *Dorſalis* incipiens in ipſo capite ante apicem caudae definit, uti etiam *Analis*. *Caudalis* nulla, ſed apex *caudae* parum compreſſus, apterygius.
Anus in medio corpore.
Linea lateralis recta, poſtice magis perſpicua.

OPHICHTHUS.

1. O. OPHIS: *cauda apterygia; corpore tereti, maculato.*
Habitat in Europaeo mari et Indico.
Synonyma: *Muraena Ophis:* Linn. Syſt. Nat. p. 425.
Serpens marinus maculoſus: Willougb. Append. p. 19. Tab. G. 9.
Houtuyn Natuurl. Hiſt. I. D. 7. St. p. 87.
Bloch. P. 2. p. 35. tab. 154. *pulcherrimam ejus exhibet figuram.* Hollandis: *Zee-ſerpent.*

2. O. SERPENS c): *cauda apterygia; corpore tereti.*
Habitat in Mari Europaeo Auſtraliori.
Synonyma: Veteribus *Serpens maximus.*
Hollandis *Zee-ſlang.*
Muraena ſerpens Linn. S. N. p. 425.
Corpus teres, attenuatum, cauda tereti, apterygia.
Obſ. *Miſerum adeo exemplar in Muſ. Upſal., ante ſiccatum, iam in Spiritu vini ſervatur, ut nulli characteres exinde certi erui poſſint. Artedi, pinnas pectorales, rad. 16. huic adſcribit.*
Cauda

c) Exemplar 5 pedes longum Romae ſe vidiſſe aſſerit Willoughby. *M. Ophi* maxime affinis.

Cauda vix compreſſa, valde attenuata eſt, corpus teres compreſſiuſculum. Maxilla inferior longior.

3. O. CINEREUS: *cauda apterygia; corpore compreſſo, cinereo, immaculato.*

Habitat in India Orientali.

Corpus teretiuſculum vel parum compreſſum, verſus caudam vix attenuatum, digiti minoris craſſitie, quadripedale, cinereum, immaculatum.

Caput parum antice attenuatum.

Maxilla inferior longior.

Aperturae branchiarum ſtatim pone branchias connatas, pellicari fere ſpatio tamen a capite remotae, transverſae, lunatae.

Pinnae pectorales pone aperturas branchiarum, rotundatae, minutae. *Dorſalis* incipiens ſupra pinnas pectorales, deſinit ante caudae apicem, quem non ambit. *Analis* incipit ſpithamaeo a capite ſpatio, continuans ad caudam, intra quam finitur.

Cauda apterygia, rotundata, obtuſiuſcula.

4. O. MYRUS: *cauda pinnata; corpore compreſſo, cinereo, immaculato, pinna dorſali margine nigra.*

Habitat in Mari Mediterraneo.

Synonyma: *Muraena Myrus*; LINN. Syſt. Nat. p. 426.

Vaar-Aal: Houtuyn Nat. Hiſt. I. D. 7. St. p. 101.

Obſ. *caro tenera et delicata eſt huius piſcis.*

5. O. CONGER: *cauda pinnata; corpore compreſſiuſculo, linea laterali albo-punctata, pinna dorſali margine nigra.*

Habitat in Oceano Europaeo, Anglico, Orientali.

Synonyma: *Muraena Conger:* LINN. S. N. p. 426. *Konger:* Houtuyn Natuurl. Hiſt. I. D. 7. St. p. 103. *figuram* tradit Bloch. P. 2. p. 37. tab. 155.

Graecis: *Conger, Congros, Gongros.* Romanis: *Bronco.* Anglis: *Conger-Eel.* Gallis: *Congre.*

Obſ. *Caro veteribus in cibo laudatur; etiam noſtratibus, praeſertim frixa. Albiſſima eſt, dulcis, concoctu difficilis. Ad 4 vel 5 ulnarum magnitudinem accreſcit haec ſpecies.*

6. O. ANGUILLA: *cauda pinnata; corpore compreſſiuſculo; unicolore.*

Habitat in Europae aquis, etiam lutoſis.

Synonyma: *Muraena Anguilla:* LINN. Syſt. Nat. p. 426.

Houtuyn Nat. Hiſt. I D. 7. St. p. 91.

Apud Arted. in Deſcript. Spec. p. 66. exactiſſima ejus reperitur deſcriptio.

Varia ejus nomina ſunt: *Paling, Angvilla, Âl, Aal, Eel, Ahl, Angville.*

Omnium vulgatiſſima eſt haec ſpecies; e Frieslandia enim 100,000 librae, ad Angliam, per annos exportantur. Apud nos uſus eius Oeconomicus haud eſt exiguus, tum reſpectu carnis, tum cutis tenaciſſimae, et ad ſaccos farinae et ligaturas inſtrumentorum trituratoriorum conficiendas, aptiſſimae.

Victus ejus animalis eſt *d)*: imprimis cadaveribus, putredine correptis, delectatur; vegetabilia tamen interdum in eſcam adhibet. Accidit enim, ut, terra rore madida, ex aqua tempore

d) Salmonem Eperlanum et *Cyprinum Aphyam* aliis delicatiores ei eſſe obſervavi.

pore nocturno exeat, agrosque, pisis obsitos, visitet *e*).

Multorum et terrestrium et aquatilium animalium *migratio* cognita est: a defectu alimentorum, vel ab alia an proveniat causa, dictu adhuc est difficile. Ejusmodi morem Anguillas sequi observatum est; tempore enim autumnali eoque nimboso, ad ostia fluviorum gregatim se congerunt, et per amnes in alios emigrant lacus, fuga, piscatorum retibus, ad angustiora fluviorum loca, interpositis, saepius eis interdicta.

Anguillam, *vivos progignere foetus*, recentiores asserunt observationes *f*). Multas licet dissecuerim nec ova nec foetus inveni. Sub canicula sine dubio parit; hocce enim tempore rarissime capitur; sed in caveis, ad littora maris aqua non profunda conspicuis, sese occultat, capite tamen e fovea extenso. Vita difficile orbatur *g*), piscem, circa renes pone anum collocatos, nisi contuderis; cute enim detracta visceribusque ablatis, se non solum movet, verum etiam caput truncatum, quidquid maxillis exponitur, vi mirifica comprimit.

Copio-

e) Simul cum patre meo, ad lacus cujusdam littus, jucundissimum vidi spectaculum: ripam scilicet appellentibus, stupenda nobis occurrebat anguillarum multitudo, celerrima ad aquam properans fuga. — Anguillas *leguminibus pisi* repletas dissecui, aliaque vice, *Anguem fragilem* nuper devoratum, in ventriculo reperi, ut aliorum hac in re omittam observationes, quae omnes comprobant, longiori temporis spatio extra aquam eas commorari posse.

f) Fahlberg in Act. Holm. 1750. p. 200.

g) *Tenacissimae* omnino *vitae* est: ab *hominibus*, *equis* et *avibus* vivam deglutitam esse, et maxima licet gaudere triturandi et solvendi vi ventriculum eorum cognitum sit, eam tamen ex illis vivam exiisse, exempla docent.

Copioſiſſima ejus *captura* Septembri et Octobri menſibus per varias inſtituitur methodos: in *retia*, circum arcus, in formam conicam, poſita, (*Svet. Ruſſor*) irrepit, exitumque non inveniens, capitur: tempore nocturno et tenebricoſo, ope *ignis* et *fuſcinae*, eam piſcandi mos eſt; vel caelo ſereno horisque antemeridianis, in aquis non altis, *iisdem* transfigitur *inſtrumentis*: Anguillae, in profundiori aqua, captandae cauſſa, amplior, aſſeribus paratur *ciſta*, cujus latera plura admittunt foramina, introitui hujus piſcis adaptanda; his aperturis intus obtenduntur pelles ovinae. Injiciuntur in eandem cancri, carnes, piſces, aliave: horum odore prolectata, facile haec foramina permeat, egreſſum vero, propter coria obvelata, impervium deprehendit. Alius quoque eſt talium *ciſtarum* conſtruendi modus: contignantur inaequali magnitudine in amnibus: ſolo, per gradus, perticis arcte conſtructo, parietibusque interdum rarioribus, ut aqua, per crepidinem ſenſim anguſtatam, huic immiſſa, effluere poſſit: *lumbricis piſcibusque minoribus, hamulo impoſitis*, tempeſtate praeſertim pluvioſa, qua maxime vorax eſt, allicitur *h)*, ut alia illam piſcandi inventa reticeam.

Anguilla, tali modo capta, tum *recens* ob pinguedinem delicatiſſima eſt, tum *ſale condita*, vel ramulorum juniperi et ligni quercini *fumo indurata*, maxima ejus copia conſumitur.

h) Hunc in finem, funis, ſaepe plures centenas ulnas longus, adhibetur. Hami, funiculis ulnam circiter longis, annexi, funique longiori alligati, aliquot ulnarum intervallis ſejunguntur. Totus denique apparatus, lapidibus deprimendus, fundo aquae, una ſerie, immergitur.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS I.

D. II. DEC. 1784.

RESP.
JOHANNES BORGSTROEM.

PROOEMIUM.

Inter alia ſcientiarum et in primis Hiſtoriae Naturalis Patriae incrementa, quibus hoc quod vivimus ſaeculum ſuperbit, ſcientiae quoque Zoologicae ſtudium jure referendum videtur, quod felici opera celebrium virorum, Artedii, Linnaei, De Geerii, Clerkii, aliorumque civium, optime meritorum, id attigit faſtigii, ut paucae admodum ſint Regiones, in quibus animalia indigena aut ſollicite magis detecta aut accuratius deſcripta inveniamus, quam in noſtra Patria. Omnibus tamen numeris abſolutum animalium Svecicorum Catalogum exſpectare non licet, cum quotannis indefeſſis Naturae ſcrutatoribus novae ſeſe offerant ſpecies, vel extra Patriam dudum cognitae, vel antea omnino ignotae. In primis inter exſanguia illa

et

et viſum noſtrum facile fugientia Inſecta, recentioribus annis vidimus ab auſtralibus regionibus varia allata huc individua jure hodie civitatis donata; et alia, forſan noſtro climati ſoli propria, ſed a nullo antea auctore examinata, recentior detexit aetas et inveſtigandi ſtudium. Fauna Svecica, liber inter plurimos immortalis Linnaei vere aureus, prima vice numeris ſuis abſoluta prelum reliquiſſe videbatur; ſed iterum mille animalibus aucta prodiit; jamque, viginti tribus annis elapſis vel mille aliis ſpeciebus adaugeri poſſet.

Amplum itaque in hac palaeſtra mihi foret ſpatium, teneras exercendi vires; verum cum fructus tanti laboris vix paucis ſperandus ſit annis, haud ingratum ſaltem Curioſo in cariſſima Patria Entomologo fore duxi, ſi quasdam Inſectorum ſpecies, in Svecia nuper lectas, deſcriptas iſterem atque delineatas; eo majorem apud hujus nobiliſſimi ſtudii aemulos inituram gratiam confidens, quod pulchriori ex ordine Elegantiſſimorum Lepidopterorum et Phalaenarum numeroſiſſima gente, ſpeciminum ſelectum fecerim.

* * *

Bombyx diſpar: *alis deflexis, maſculis griſeo fuſcoque nebuloſis; femineis albidis; lituris nigris.*

Habitat in Uplandia.

Caput album antennis nigris, parum pectinatis. *Thorax* albus faſcia antica et puncto medio nigro. *Alae anticae* ſupra albae faſciis quinque nigris, undulato-dentatae cum puncto inter ſecundam et tertiam et plurimis terminalibus nigris.

Subtus

Subtus fasciis obsoletioribus. *Posticae* supra albidae, subtus fusco-fasciatae.
Abdomen fusco-albidum, versus anum purpureum.
Pedes barbati, nigri annulis albis.
Bombyx grisea: *alis incumbentibus cinereo-ferrugineis: fasciis duabus fuscis.*
Habitat in Uplandia.
Magnitudine P. *pinguinalis*, tota subnuda, cinereo-ferruginea.
Antennae duplici ordine pectinatae, fusceſcentes.
Thorax antice et lateribus sanguineo-fasciatus.
Alae incumbentes, tenuissime squamosae, subnudae, diaphanae, cinereo-ferrugineae: fasciis duabus nigris, undulatis, una ante et altera pone medium; alia fascia obsoletissima in medio, vix ad interiorem marginem extensa. Subtus omnes alae pallidiores puncto nigro in medio.
Abdomen et *femora* cinerea, *pedibus* fusco-annulatis.
Femora antice sanguinea.
Noctua pyramidea: *cristata alis deflexis fuscis: strigis tribus undatis pallidis, posticis ferrugineis.*
Habitat in Uplandia, et in Svecia Australi.
Noctua pyramidea. Fabric. Sp. Inſ. T. 2. p. 232.
Magnitudine N. *sponsae.*
Caput fuscum palpis recurvis.
Antennae setaceae, fuscae.
Thorax subcristatus, fuscus, immaculatus.
Alae deflexae; *anticae* supra cinereo-fuscae fasciis tribus vel quatuor pallidis, flaveſcentibus vel albidis, undulatis, una in basi minima cum puncto albo incluso, alia ante medium postice nigro-marginata, tum ocellum album pupilla nigra, pone medium tertia fascia

fascia antice nigro-marginata intra marginem, et in ipso margine dentato: fascia quarta et quinta, obsoleta. Subtus cinereae fascia fusca. *Posticae* supra brunneae, extus magis fuscae; subtus cinereae: fascia et puncto nigro.
Abdomen cinereum: subtus fasciis nigris.
Noctua videns: *laevis alis incumbentibus griseis: strigis quatuor fuscis.*
Noctua quercus Fabric. Sp. Inf. T. 2. p. 214. an?
Habitat in Hallandia P. Osbeck.
Magnitudine N. *trapetzinae*, tota grisea seu flavescens punctis minutissimis, vix conspicuis nigris adspersa, oculis nigris.
Alae anticae incumbentes, supra fasciis quatuor, tenuibus, nigris, prima in ipsa basi vix observanda, secunda ante medium obliqua, tertia in medio recta, quarta pone medium extus curvata. Puncta nulla ordinaria. Subtus fascia unica et punctum nigrum, uti et in posticis.
Noctua triangularis: *cristata alis deflexis fuscis: triangulo fasciaque dentata flavo-marginatis.*
Habitat in Hallandia P. Osbeck, in Uplandia Westrin.
Magnitudo, statura et facies N. *typicae.*
Thorax cristatus, cinereo-fuscus, antice nigro-trifasciatus.
Alae deflexae, fuscae: *anticae* supra pallido nigroque undulatae et reticulatae. In medio alae versus marginem exteriorem macula magna triangularis, vix ad inferiorem marginem extensa, flavo-marginata. Pone hanc fascia dentata, postice flavo marginata. Ipse margo albo-nigroque dentatus. Intra marginem ordo punctorum, circiter septem, nigrorum, lunarium, antice flavo-marginatorum.

Stig-

Stigmata ordinaria nulla distincta. Subtus ferrugineo-fuscae, immaculatae uti et inferiores supra. Subtus inferiores ferrugineae arcu punctoque fusco.

Pedes albo-maculati.

Noctua typhae: *cristata alis incumbentibus canis fusco-striatis, margine postico nigro-punctato.*

Habitat in Typhae anguſtifoliae culmis; lecta in Westrogothiae horto Praedii Comitiſſ. Ekeblad, Mariaedahl dicti.

Larva griſea, nuda absque pilis, 12 lineas longa, in pupam abiens intra culmos typhae menſe Julio, et in imaginem completam menſe Auguſto. Cl. Bierkander.

Magnitudine P. *pinguinalis*, tota cinerea ſeu cana, glabra.

Antennae ſetaceae.

Thorax immaculatus, hirſutus, criſtatus.

Alae incumbentes, rotundatae. *Anticae* fuſco-ſtriatae ſtriis obſoletis ſubramoſis; intra marginem poſticum ordo punctorum octo nigrorum. Subtus concolores punctis marginalibus vix conſpicuis. *Poſticae* ſupra immaculatae, ſubtus puncto in medio nigro.

Geometra thymiaria: *pectinicornis alis viridibus: ſtriga obſoleta fuſca albaque.*

P. Thymiaria Fabric. Sp Inſ. T. 2. p. 241.

Habitat in Hallandia, P. Osbeck.

Duplo minor G. *papilionaria* et viridior.

Antennae pectinatae, cinereae.

Alae anticae rotundatae, ſaturate virides: in medio lunula et pone medium faſcia fuſca obſoleta; intra marginem poſticum faſcia alba, undata, obſoleta. *Poſticae* ſupra albidae. Omnes ſubtus cinereae faſcia fuſca.

Geometra corylaria: *pectinicornis alis fuscis: fascia maculari media margineque postico flavo-maculato.*

Habitat in Hallandiae corylo P. Osbeck.

Magnitudine fere G. *papilionariae*, tota fusca. *Antennae* pectinatae, thoracis longitudine. *Alae* omnes rotundatae, integrae, planae. *Anticae* fascia in medio latissima, in margine externo incipiens et latior, marginem internum non tangens. Juxta apicem macula et in margine postico maculae quinque. *Posticae* supra macula oblonga obsoleta in medio et sex in margine postico. Subtus omnes concolores.

Variat forsan sexu: colore fasciarum et macularum flavo et aurantiaco; fascia media integra et ex maculis constante: macula apicis magna et minutissima.

Roesel. Inf. T. 3. p. 17. t. 3. an?

Geometra vespertaria: *pectinicornis alis flavis: strigis duabus, posteriore limbum obscurum terminante.*

Phalaena vespertaria. Fabric. Sp. Inf. T. 2. p. 249.

Habitat in Svecia australi. Winbom Theol. Adj.

Media, tota flava seu aurantiaca. *Alae* rotundatae, parum dentatae. *Anticae* fascia tenui curva, cum margine purpureo circulum constituente purpureum. Punctum in medio purpureo-fuscum. Fascia lata subabrupta purpurea marginem posticum terminat. Omnes subtus et *Posticae* supra puncto minimo in medio et margine postico purpureo notantur. *Variat* quoque alis tenuissime punctatis.

Geometra dentaria: *pectinicornis alis subfalcatis dentatis pallidis: strigis duabus puncto margineque ferrugineis.*

Pha-

Phalaena dentaria? Fabric. Sp. Inf. T. 2. p. 245.
Magnitudine G. *falcatariae* vel paulo minor, tota pallide lutea.
Antennae pectinatae.
Alae anticae falcatae, dentatae dentibus duobus majoribus; fasciae duae ferrugineae, tenues in medio, anterior obliqua, posterior undata. Punctum minutum inter fascias versus exteriorem marginem. Margo posticus ferrugineus. *Posticae* supra et omnes subtus pallidiores puncto fusco.

Geometra cultraria: *pectinicornis alis subfalcatis luteis: fascia punctoque saturatioribus.*
Phalaena cultraria. Fabric. Sp. Inf. T. 2. p. 243.
Statura et magnitudine G. *falcatariae*, tota luteo-ferruginea.
Antennae alterius sexus setaceae.
Alae omnes luteo-ferrugineae, et subtus immaculatae; *Anticae* subfalcatae; supra omnes fascia saturatiore in medio, versus exteriorem marginem latiore et puncto fusco minimo notata.

Geometra deleataria: *pectinicornis alis viridi-albis: fasciis tribus lineolaque apicis nigra.*
Habitat in Hallandia. P. Osbeck.
Magnitudo media seu G. *Vavariae.*
Antennae pectinatae, fuscae.
Alae albo virescentes: fascia prima prope basin nigra, curva; secunda et tertia in medio, dentato-undatae, in margine interno concurrentes. Linea obliqua nigra in ipso apice. Subtus pallidiores area punctoque nigro.

Geometra pictaria: *pectinicornis alis cinereis pulverulentis: fasciis duabus circumflexis punctoque nigris.*

Habitat in Hallandia P. Osbeck; Uplandia Ekelund.

Magnitudine G. *vavariae*, tota fuſco-cinerea et punctis minutiſſimis nigris irrorata.

Antennae alterius ſexus pectinatae, alterius ſetaceae, ſerratae.

Alae anticae bifaſciatae: faſcia altera prope baſin curva, altera intra marginem valde undulata et circumflexa nigra. Margo poſticus nigro-punctatus. Punctum nigrum inter faſcias et interdum flavedo conſperſa. *Poſticae* arcu punctoque nigro.

Geometra fagaria: *pectinicornis alis cinereis pulverulentis: faſciis duabus dentatis punctoque nigris.*

Habitat in Hallandia. P. Osbeck.

Magnitudine media, tota cinerea ſeu albida punctis minutiſſimis nigris irrorata.

Antennae pectinatae, cinereae.

Alae anticae ſupra faſciis duabus nigris, altera prope baſin dentata, altera infra marginem, valde undulata et quaſi e punctis nigris concatenata. Punctum in medio oblongum. In ipſo margine puncta minutiſſima vix conſpicua nigra. *Poſticae* et omnes ſubtus faſcia poſtica et puncto nigro.

Geometra ſcopularia: *pectinicornis alis albidis: faſciis quatuor undatis nigris.*

Magnitudine G. *vavariae*, tota cinereo-alba.

Antennae alterius ſexus ſetaceae.

Alae anticae faſciis quatuor undulatis nigris absque puncto; ſubtus hae faſciae obſoletiores. *Poſticae* puncto faſciaque unica nigris. Subtus omnes arcu punctoque nigris. Puncta marginis alarum nulla.

Geo-

Geometra 4-faſciaria; *pectinicornis alis cinereis: faſciis quatuor obſoletis fuſcis.*
De Geer Inſ. T. 2 p. 357. t. 6. f. 4.
Phalaena plumbaria? Fabric. Sp. Inſ. T. 2. p. 258.
Habitat Upſaliae. In Weſtrogothia Leonh. Gyllenhahl.
Media alis cinereo-albis, nitentibus.
Antennae alterius ſexus pectinatae apice ſetaceo alterius ſetaceae totae.
Alae anticae faſciis quatuor fuſcis albae adjectis, unde videntur ſaepe quaſi faſciae quatuor albae pellucidae margine altero nigro: prima faſcia prope baſin, ſecunda juxta hanc, utraque undulata; tertia pone medium, undata, ſaturatior; quarta prope hanc intra marginem undulata. Punctum oblongum fuſcum inter ſecundam et tertiam faſciam, verſus marginem externum. *Poſticae* pallidiores, immaculatae. Omnes ſubtus pallide fuſcae punctae nigro.
Geometra vittata: *ſeticornis alis purpuraſcentibus: vitta pallida.*
Magnitudine P. *purpuralis*, tota fuſco-purpuraſcens, alis omnibus in media vitta pallida recta.
Geometra immaculata: *ſeticornis alis omnibus viridibus immaculatis.*
Habitat Upſaliae.
Major pnullo G. viridata.
Antennae ſetaceae, ſupra niveae, ſubtus cinereae.
Alae omnes rotundatae, integrae, ſaturate virides, immaculatae utrinque, ſed ſubtus pallidiores.
Thorax et *abdomen* ſupra viridia.
Abdomen ſubtus et *pedes* cinerei.
Geometra maculata: *pectinicornis alis omnibus flavis: nigro maculatis.*

Phalaena macularia. Lin. Syſt. Nat. T. 1. p. 862.
Phalaena maculata. Fabric. Sp. Inſ. T. 2. p. 264.
Habitat in Hallandia. P. Osbeck.
Media alis rotundatis flavis ſeu aurantiacis: maculae oblongae et inaequales per totam ſuperficiem alarum omnium utrinque fuſcae.
Antennae ſetaceae, fuſcae.
Corpus fuſcum.

Geometra pulverata: *ſeticornis alis aurantiacis nigro-pulverulentis: puncto atro.*
Magnitudine G. *crataegatam* ſuperat.
Antennae ſetaceae, *caput*, *thorax*, *abdomen*, *pedes* fuſca.
Alae rotundatae, integrae, ciliatae. *Anticae* ſupra fuſco-ferrugineae, pulvere nigro denſe adſperſae, puncto in medio et maculis marginalibus aliquot nigris obſoletis. Subtus concolores, ſed pallidiores. *Poſticae* ſupra aurantiacae, parum nigro pulverulentae, puncto in medio magno nigro. Subtus obſcuriores, magis nigro-pulverulentae, puncto et faſcia obſoleta nigra.

Geometra brunneata: *ſeticornis alis ferrugineis: faſciis quatuor fuſcis abruptis.*
Habitat Upſaliae.
Magnitudine G. *chaerophyllatae*, tota ferrugineo-pulverulenta.
Antennae alterius ſexus parum pectinatae, alterius ſetaceae.
Alae integrae, rotundatae. *Anticae* utrinque faſciis quatuor; *Poſticae* duabus fuſcis. Supra hae faſciae abruptae, nec omnes transverſae, interdum obſoletae et vix conſpicuae.

Geometra ſimilata: *ſeticornis alis ferrugineis: faſciis quatuor transverſis fuſcis.*

Inter

Inter minores, magnitudine P. *purpuralis*, tota ferruginea.
Antennae ſetaceae.
Alae omnes integrae, rotundatae, ciliatae, faſciis quatuor undatis transverſis fuſcis ſuprs et ſubtus notatae, licet color et faſciae ſubtua ſint ſaturatiores.
Similis G. *brunneatae*, ſed duplo minor et faſciae heic transverſae, undulatae.
Geometra flavicata: *feticornis alis flavis: faſciis quatuor duplicatis ſaturatioribus.*
Habitat in Hallandia. P. Osbeck.
Inter minores magnitudine P. *purpuralis.*
Antennae ſetaceae et totum corpus flavum.
Alae rotundatae integrae, omnes pallide flavae. *Anticae* ſtrigis quatuor parium, *Poſticae* duorum parium, undulatis, aurantiacis ſeu ſaturate flavis. *Anticae* puncto nigro in medio et *poſticae* baſi albae. Subtus concolores.
Geometra crenata: *feticornis alis dentatis ferrugineis: faſcia ſtrigisque undulatis nigris.*
Habitat in Hallandia: P. Osbeck.
Major G. *chenopodiata*, tota fuſco-ferruginea.
Alae anticae ſupra faſcia lata ab apice per medium ad apicem alae oppoſitae ducta, nigra. Strigae ante hanc paucae, pone illam plurimae undulatae nigrae. Margo poſticus crenulatus. *Poſticae* ſupra baſi pallidae, dein totae tectae ſtrigis undulatis nigris, margine dentato. Subtus omnes cinereae puncto et ſtrigis obſoletis fuſcis.
Geometra cuſpidata: *feticornis alis flavis: faſcia fuſca dentata apicisque linea nigra.*
Habitat Upſaliae.
Minor G. *populata*, tota lutea ſeu aurantiaca.
Antennae ſetaceae.

Alae anticae ſupra faſcia in baſi obſoleta curva fuſca; in medio faſcia lata fuſca ſeu purpuraſcenti-fuſca, antice crenata, poſtice dentata dente unico majore et magis exſerto; in ipſo apice linea fuſca obliqua ut in G. *populata*. Subtus ſtriga et linea apicis obſoleta. *Poſticae* pallide flavae, immaculatae.

Geometra variata: *ſeticornis alis albis: faſciis tribus dentatis fuſcis flavo-maculatis.*

Habitat Upſaliae; in Hallandia. P. Osbeck.

Media ſeu G. *chenopodiata* paulo minor.

Antennae ſetaceae, cinereae.

Alae rotundatae, integrae. *Anticae* albae nigro flavoque faſciatae: faſcia prima in baſi dentata; ſecunda in medio maculam albam includentem, extus latior, dentata dente uno maximo exſerto: tertia in apice e pluribus ſtrigis compoſita et linea apicis nigra obliqua ut in G. *populata*. C nigrum obſoletum in media ala. *Poſticae* pone ſordide albae, immaculatae. Omnes ſubtus ſordide albae ſtrigis obſoletis. Flavedo ſordida in primis ante faſciam apicis.

Variat valde haec ſpecies.

Geometra obliquata: *ſeticornis alis albis: faſciis duabus obliquis, lineola apicis punctoque fuſcis.*

Habitat Upſaliae.

Magnitudine P. *purpuralis*, tota cinereo-albida.

Antennae ſetaceae.

Alae rotundatae, integrae. *Anticae* ſupra faſcia in baſi tenui obſoleta; alia ante et alia poſt medium a margine externo verſus dorſum obliqua, cum puncto intermedio nigro. In apice lineola nigra continuata in faſciam obliquam

quam obſoletam, intra quam alia obſoleta parallela. *Poſticae* faſciis pluribus geniculatis fuſcis.

Geometra reticulata: *ſeticornis alis anticis fuſcis albo-reticulatis, poſticis albis fuſco-faſciatis.*

Habitat in Hallandia. P. Osbeck.

Media magnitudine G. *vavariae.*

Antennae ſetaceae, cinereae.

Alae anticae rotundatae, ſupra fuſcae, ſtrigis albis curvis, undulatis, confluentibus reticulatae. *Poſticae* albidae ſtrigis fuſcis, in primis poſtice. Subtus omnes pallidiores, concolores.

Corpus et *pedes* cinerei.

Geometra nebulata: *ſeticornis alis cinereis: faſciis duplicatis undatis k nigro inſcriptis.*

Media ſeu magnitudine G. *prunatae.*

Antennae ſetaceae, cinereae.

Alae rotundatae, integrae. *Anticae* ſupra cinereo-albidae, faſciis confertis circiter ſex parium, undulato-dentatis, fuſcis; in media ala lineola nigra et pone hanc k nigrum minimum obſoletum. *Poſticae* albae, prope marginem poſticum ſtrigarum fuſcarum undulatarum pari et intra ipſum marginem ſtriga nigra. In medio alae rudimentum ſtrigae, obſoletum ſaepe. Subtus omnes ſordide albae undulis obſoletis fuſcis.

Geometra trifaſciata: *ſeticornis alis albis: faſciis duabus latis compoſitis ſtrigis undulatis.*

Habitat in Hallandia. P. Osbeck.

Media ſeu magnitudine G. *chenopodiatae.*

Antennae ſetaceae, fuſcae.

Alae rotundatae, integrae. *Anticae* ſupra albidae, ſeu faſcia lata alba in baſi et alia latior

in medio, cui c nigrum inſcriptum. Ante medium faſcia lata obliqua et alia in apice latior, compoſita e quatuor ſtrigis dentato-undulatis fuſcis. *Poſticae* albae, verſus apicem ſtrigis tribus obſoletis fuſcis. Omnes ſubtus ſordide albae puncto in medio et poſtice ſtrigis tribus obſoletis fuſcis.

Similis G. *nebulatae*, ſed diſtincta faſciis albis.

Geometra furcata: *feticornis alis cinereis: faſcia ſimplici bifida et trifida fuſcis.*

Habitat Upſaliae-Weſtrin.

Magnitudine G. *chenopodiatae.*

Antennae ſetaceae, fuſcae.

Alae integrae, rotundatae; *anticae* cinereae, nigro-pulverulentae et faſciatae: faſcia tenuis in ipſa baſi et alia prope hanc ſimplex: in medio faſcia lata verſus marginem externum bifida: in angulo ani faſcia lata triplicem ramum exſerens: Subtus canae faſciis obſoletis. *Poſticae* utrinque canae puncto et arcu vix viſibili.

Geometra violata: *feticornis alis albis: limbo faſcia terminali nigro-ferrugineo-violaceoque undulata.*

G. *ſuccenturiata* paulo major.

Antennae ſetaceae, nigrae.

Alae rotundatae, integrae, niveae: faſciae duae tenues obſoletae ante medium fuſcae. Limbus marginis poſtici late faſciatus lituris confluentibus, valde undulatis, nigris et ferrugineis, includentibus faſciam e maculis caeruleis. Subtus concolores ſed magis obſolete.

Geometra oblongata: *feticornis alis niveis: macula fuſca punctum nigrum includente.*

Magnitudo et facies G. *nymphaeatae.*

Antennae ſetaceae, fuſcae.

Thorax et *abdomen* albida.

Alae

Alae oblongae, basi anguſtatae, rotundatae, integrae, omnes niveae: *Anticae* ſupra in margine externo punctis tribus prope baſin nigris minutis: in medio macula majuſcula fuſca, antice punctum nigrum lunatum includente; pone hanc faſcia curva fuſca et alia undulata intra marginem. Margo albus punctis ſeptem fuſcis. *Poſticae* puncto in medio minuto et faſcia duplici undulata fuſca intra marginem nigro maculatum. Subtus alae ſordide albae, concolores.

Pyralis ſacralis: *alis pallide flaveſcentibus: ſtriga obliqua purpurea.*

Phalaena ſacraria Linn. Syſt. Nat. T. 1. p. 863. Fabric. Sp. Inſ. T. 2. p. 252.

Magnitudo et facies omnino P. *forficalis;* tota pallide flaveſceus et immaculata praeter faſciam purpuraſcentem, oblique ab apice alae ad medium dorſi ductam.

Alae inferiores albidae, immaculatae.

Pyralis ocellaris: *alis cinereis: faſcia curva maculaque ocellari fuſca.*

Palpi breves. *Antennae* ſetaceae.

P. *forficali* paulo minor, alis magis obtuſis et inflexis apice, tota cinereo-flaveſcens. In *alis anticis* faſcia obſoleta, tenuiſſima, fuſca paulo intra apicem, verſus marginem exteriorem curvata: ante hanc macula purpureo-fuſca puncto atro. Ab hac macula interdum litura tenuiſſima fuſca verſus marginem interiorem ducta. Alae *poſticae* immaculatae.

Differt a P. *forficali:* 1) linea obliqua non ad apicem alae, ſed verſus marginem exteriorem directa. 2) alis obtuſis. 3) alis inferioribus fuſcis.

Varie-

Varietas hujus forte ſexus, duplo minor e Japonia.

Pyralis nemoralis: *palpis recurvatis, alis griſeis: ſtrigis tribus fuſcis; intermedia flexuoſa.*

Phalaena nemoralis. Fabric. Sp. Inſect. T. 2. p. 271. Syſt. Entom. p. 642.

Kleeman Inſ. T. 1. tab. 38. f. 9. 10. an?

Alae flavo-cinereae: faſcia ſecunda tenuiſſima, valde flexuoſa; tertia lunaris latior. Faſcia tenuiſſima fuſca intra cilia marginis.

Pyralis ſordialis: *alis fuſcis immaculatis.*

Habitat circum Upſaliam.

Magnitudine P. *purpuralis* tota ferrugineo-fuſca, immaculata.

Antennae ſetaceae.

Pyralis minialis: *alis ſanguineis: ſtriga ſerrata ordineque punctorum nigrorum.*

Habitat in Hallandia. P. Osbeck.

Magnitudine P. *glaucinalis*, tota ſanguinea.

Antennae ſetaceae.

Alae forficatae; *Anticae* margine externo producto, ſaturatius rubro ante medium faſcia tenuiſſima, obſoleta, fuſca; pone medium faſcia tenuis, valde ſerrato-undulata, obliqua, nigra. Intra marginem poſticum ordo punctorum circiter ſex nigrorum, transverſorum. *Poſticae* immaculatae.

Pedes punctis paucis nigris, uti et punctum nigrum in ipſa coſta alae.

Quandoque extimus margo alae prope coſtam niger.

Pyralis ſulphuralis: *alis ſuperioribus flavis: lineis duabus, punctis quinque, faſciisque duabus nigris.*

Habitat in auſtralioribus Sveciae provinciis. Struve.

Magni-

Magnitudine P. *purpuralis*, flava faſciis punctisque nigris. Mea potius nigra lineis faſciisque luteis.
Antennae ſetaceae et *thorax* niger.
In *alis anticis* linea flava juxta marginem interiorem a coſta ad medium dorſi. Intra marginem faſcia undulata flava et alia in ipſo margine recta; in exteriori margine liturae tres circumflexae, cohaerentes, flavae. *Poſticae* ſupra fuſcae, ſubtus flavae, faſciis duabus punctoque fuſcis.
Pyralis atralis: *alis atris: maculis duabus niveis.*
Phalaena atralis. Fabric. Sp. Inſ. p. 275. Syſt. Entomol. p. 645.
Habitat in Finlandia, Borgoae.
Magnitudine P. *glaucinalis.*
Antennae ſetaceae.
Lingua ſpiralis, ferruginea.
Thorax niger linea utrinque aurantiaca.
Alae omnes atrae, margine poſtico albicante, maculisque in ſingulo duabus niveis rotundis, majuſculis, et in anticis adhuc tertia minutiſſima vix obſervanda.
Abdomen nigrum cingulis albis.
Pedes albi.
Pyralis nivealis: *alis grifeo-fuſcis: maculis duabus coſtalibus albis, corpore niveo.*
Phalaena nivealis. Fabric. Sp. Inſ. p. 274.
Magnitudine P. *purpuralem* parum ſuperans.
Antennae fuſcae, ſetaceae, ſubannulatae.
Palpi breves, fuſci.
Lingua, corpus, pedes, alae poſticae ſubtus niveae.
Alae anticae albidae, fuſco-irroratae; in margine exteriori faſciae abbreviatae fuſcae duae et maculae duae ſeu tres albae. Paulo intra marginem faſcia obſoleta undulata fuſca et alia

alia in margine punctis nigris. Subtus alae hae uti et inferiores supra fuscae. *Alae posticae* punctis marginalibus distinctis et plurimis minutissimis fuscis per paginam sparsis.

Pyralis punctalis: *alis ferrugineis: striga flavescente, margine exteriori albo-punctato.*

Phalaena punctalis. Fabric. Sp. Insect. p. 275. Syst. Entom. p. 644.

Magnitudine P. *forficalis*. tota fusco-ferruginea. *Antennae* pectinatae, palpis duplo longiores. *Alae anticae* fascia flavescenti-fusca paulo intra marginem, etiam subtus conspicua: in margine exteriori puncta minima alba, circiter 5 vel 7. *Posticae* fuscae immaculatae.

Tortrix fagana: *alis viridibus: strigis tribus obliquis albis, antennis pedibusque fulvis.*

Pyralis fagana. Fabric. Sp. Inf. p. 276.

Roes. inf. Tom. 4. tab. XXII. f. 4, 5.

Habitat Upsaliae Nic. Westrin.

Caput, thorax, abdomen, alaeque virides.

Antennae, pedes, margines alarum anticarum rufescentes.

Thorax villoso-subcristatus.

Strigae tres obliquae albidae in alis anticis.

Similis admodum T. *prasinanae*, sed differt eo, quod illi:

Alae anticae virides strigis duabus albis.

Alae posticae, abdomen et pedes albi.

Tortrix coronana: *alis nigris: fascia obliqua dentata rubra.*

Habitat in Westrogothia. Cl. Bjerkander.

Magnitudo et facies T. *heracleanae*, fusca tota. *Alae anticae* supra nigrae, nitidae margine externo et in primis postico ciliatae. Ante medium fascia obliqua, ferruginea, albo-margina-

ginata, antrorſum dentata, margines non tangens. Subtus pallidiores, unicolores. *Poſticae* alae ciliatae cinereae utrinque.

Faſcia alarum cruribus anteriora ſpectat et coronam omnino refert.

Tortrix purpurana: *alis purpureis: faſciis duabus margineque ciliari flavis.*

Magnitudine T. *holmianae.*

Antennae ſetaceae, corpore paulo breviores.

Alae anticae ſaturate purpureae. margine poſtico ciliari flavo: maculae duae flavae in margine exteriori, e quibus tranſit ſtriga transverſa tenuiſſima flava, quae maculas has in margine oppoſito conjungit. *Poſticae* ſaturate purpureae margine poſtico ciliari et faſcia unica flava. Subtus alae omnes coloratae ut in pagina ſuperiori.

Pedes flaveſcentes.

Abdomen purpuraſcens.

Tortrix montiniana: *alis purpureis: macula dorſali marginalique trigona flavis.*

Habitat in Hallandia. P. Osbeck.

Magnitudine T. *holmianae.*

Caput, *thorax*, et *antennae* flaveſcentes.

Alae anticae ſupra purpuraſcentes, mucula dorſali communi et alia in margine exteriori trigona flava. Margo poſticus ciliatus, flavus. Subtus flaveſcentes, immaculatae. Poſticae albidae immaculatae.

Pedes albi.

Tortrix Osbeckiana: *alis antice albis: arcu nigro; poſtice ferrugineis: faſciis fuſcis ſcabris.*

Habitat in Hallandia. Paſtor Doctor Osbeck. Upſaliae Nicol. Weſtrin.

Magnitudine T. *Laeflingianae.*

Caput et *antennae* fuſcae.

Tho-

Thorax albus.

Alae anticae a basi ad medium albae puncto utrinque unico minimo nigro et arcu communi nigro, cruribus retrorsum spectantibus, e squamis elevatis scabris; postice ferrugineae: fasciis fuscis obliquis, undulatis e squamulis eleuatis scabris. Subtus alae *anticae* et *posticae* totae fuscae, obsolete subundulatae.

Differt ab P. *asperana* Fabricii: alarum anticarum arcu et punctis.

Tortrix scriptana: *alis ferrugineis nigro-irroratis, postice lineolis quatuor nigris, lituris marginalibus, albis nigrisque.*

Magnitudo, facies et similitudo summa T. *arcuanae*, tota ferruginea, nigro-irrorata.

Alarum anticarum margo exterior variis lituris albis nigrisque alternis obliquis notatur. Intra marginem posticum litura plumbeo argentea, curva et lineae quatuor, breves, nigrae, parallelae.

Pedes flavescentes, nigro maculati.

Tortrix scabrana: *alis cinereis fusco-subfasciatis scabris, margine exteriore exciso.*

Pyralis scabrana: Fabric. Sp. Inf. p. 284.

Magnitudine T. *Loeflingianae*, supra albido-cinerea, subtus susca margine omni albo.

Alae anticae minus scabrae, quam in T. *litterana*, fasciis duabus fuscis, altera in medio arcuata cruribus antrorsum spectantibus, altera infra apicem obliqua undulata, abrupta. Intra ipsum marginem fascia tenuissima, fusca, obsoleta.

Tortrix litterana: *alis virescentibus: squamis elevatis scabris.*

Pyralis squamana: Fabric. Sp. Inf. p. 284. Syst. Entomol. p. 651.

Pyra-

Pyralis litterana Fabric. Sp. Inſ. p. 284. Syſt. Entomol. p. 646.

Magnitudine T. *Loeflingianae*, ſupra tota vireſcens, ſquamis elevatis ſcabra. Subtus fuſca, laevis.

Variet. a. Puncta duo verſus thoracem. in alis anticis et in medio verſus marginem exteriorem puncta alia duo nigra.

—— b. Alae anticae albido-vireſcentes absque punctis nigris.

Tortrix ſtroemiana: *alis cinereo-fuſcis: maculis duabus dorſalibus albis.*

Pyralis ſtroemiana. Fabric. Sp. Inſ. p. 280.

Habitat in Sveciae, in primis auſtralioribus Provinciis. In Hallandia, Osbeck. In Weſtrogothia, Bjerkander. In Uplandia, Joh. Mart. Ekelund.

Inter minores hujus generis, tota cinerea, nigro-irrorata.

Caput et *thorax* albidus.

Alae anticae baſi verſus interiorem marginem parum albicantes; in medio verſus marginem internum macula utrinque alba. ſub quadrata, poſtice verſus anum faſcia cinerea obliqua. Margo exterior variis maculis bifidis notatur. *Alae poſticae* fuſcae.

Pedes albi, nigro-maculati.

Interdum macula alba anterior et media communicant.

Tortrix Weſtriniana: *alis flavis: faſcia bifida punctisque duobus ferrugineis.*

Habitat Upſaliae et alibi.

Magnitudo et facies T. *Lecheanae.*

Caput villoſum, teſtaceum.

Palpi apice bifidi, villoſi, breviſſimi.

Antennae ferrugineae, corpore triplo breviores.

Thorax ferrugineus, villoſus.

Alae anticae obtusissimae, luteae, nitidae; supra prope basin macula oblonga, in punctum manifestum terminata et margo ferrugineus: in medio alae a margine externo ad angulum ani fascia obliqua, lata, versus marginem externum et versus angulum ani bifida, in medio conjuncta lineola nigra: in ipso alae apice litura minima et fasciae aliquot tenuissimae, undulatae, ferrugineae. Subtus fuscae margine luteo. *Posticae* fuscae apice lutescente.

Abdomen et *pedes* flavescentes.

Tortrix Gyllenhahliana: *alis niveis, macula baseos communi fusca apicisque triangulari ferruginea.*

Habitat in Westrogothia, Bjerkander et Leonhard Gyllenhahl.

Magnitudo et similitudo T. Moderianae.

Caput, palpi, thorax, pedes, abdomen argentea.

Antennae albo nigroque annulatae, corpore dimidio breviores.

Alae anticae obtusae; supra niveae macula communi in interiori margine, subrotunda, fusco-ferruginea, obsoleta: a medio margine exteriori ad angulum ani fascia obliqua ferruginea, quae cum marginali conjuncta triangulum album in externo margine includit. Litura una vel duae in fascia postica plumbeo-argentea, vix observanda. Subtus uti et *posticae* utrinque fuscae: margine ciliato, pallido.

Tortrix retusana: *alis luteis retusis, linea dorsali capiteque albis.*

Habitat Upsaliae.

Magnitudine T. *heracleanae.*

Caput niveum oculis nigris.

Palpi

Palpi porrecti, flavescentes, breves.
Antennae albo nigroque annulatae, longitudine dimidia corporis.
Thorax flavus dorso albo.
Alae deflexae; *anticae* forficatae et retuso-subfalcatae, supra luteae, testaceo tenuissime reticulatae, linea in basi et margine tenuiori angustissima alba. *Posticae* fuscae margine omni albo, ciliato.
Tortrix ferrugana: *alis ferrugineis puncto albo.*
Similis priori magnitudine et statura; sed caput, thorax et alae anticae ferrugineae.
Palpi brevissimi, porrecti.
Antennae fuscae, corpore triplo breviores.
Alae anticae retusae, unicolores, puncto in medio minimo, quasi e squama erecta, albido. *Posticae* fuscae, margine albido, ciliato.
Tortrix punctana: *alis cinereis fusco-fasciatis, punctis distinctis nigris.*
Magnitudine T. *hamanae.*
Caput cinereum *palpis* brevibus cinereis.
Antennae fusco cinereae, corpore triplo breviores.
Thorax antice fascia nigra.
Alae anticae obtusissimae, cinereae fasciis tribus vel quatuor fuscis, undulatis, obsoletis: prope basin fascia obliqua e punctis tribus in singula ala; in medio inter fascias puncta duo nigra, interiore minori; ipse margo nigropunctatus. Subtus fuscae immaculatae. *Posticae* utrinque albae margine postico nigro.
Abdomen et *pedes albi.*
Tortrix lunana: *alis cinereis: fasciis duabus fuscis lunatis, antennis pectinatis.*
Parva, magnitudine T. *Bergmannianae.*
Caput, thorax, corpus, pedes et *antennae* pectinatae, fuscae.

Alae anticae deflexae, obtusae, cinereae, fusco tenuissime irroratae, fasciis duabus nigris: altera in medio alarum, utrinque attenuata, lunata cruribus anteriora spectantibus; altera intra apicem, margine externo dilatata. *Posticae* supra fuscae. Alae omnes subtus cinereae, nigro-irroratae.

Tinea Bjerkandrella: *alis fuscis nigro-undulatis: punctis sparsis argenteis.*

Habitat in Kinnekulle Westrogothiae.

Larva viridis, lateribus flavescentibus, tres lineas longa: caput brunneum; primi articuli prope caput punctis duobus nigris, reliqui tres punctis in triangulum positis. Larva deorsum flexa et filo pendens sese demittit. *Edit Inulam salicinam*, cujus folia cum caule connectit. Rete eodem modo ac T. *Evonymella* fabricat; ante metamorphosin sub terra se condit. *Pupa* mense Julio et post quatuordecim circiter dies *Imago* eodem mense prodit. Comminister Bjerkander, Observator indefessus et bene meritus.

Magnitudo et statura omnino T. *strobilellae.*

Antennae filiformes, albo nigroque annulatae, corpore dimidio breviores.

Palpi recurvi, fusci.

Thorax fuscus, auro renitens.

Alae anticae convolutae, obtusae, fuscae fasciis variis nigris, auratis: puncta plurima, sparsa, argentea; in basi duae oblongae et tertium minimum; tria in medio transversa et unum pone hoc prope exteriorem marginem; alae intra apicem quasi impressae, punctis circiter quinque circum lacunam in orbem dispositis.

Caput et *pedes* albi punctis fusco-argenteis.

Abdomen fuscum.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS II.

D. 10. DEC. 1791.

RESP.

PETRUS ERICUS BECKLIN.

PROOEMIUM.

Prodiit editio prior Faunae Suecicae LINNEI anno 1746, 926 continens ſpecies inſectorum; altera, quae edita fuit 1761, emendata et ab auctore ipſo aucta ac locupletata fuit ſpeciebus adhuc 795, ſic ut circa illud tempus 1691 ſpecies inſectorum ſuecicorum fuerint congnitae et maximam partem deſcriptae. Hicce vero numerus ſenſim auctus fuit in Operibus aliis Illuſtr. LINNEI, ut in Syſtemate Animalium 1767 edito, ubi recenſentur ſequentes incolae Suecicae, ſcilicet;

Scarabaeus plagiatus.
Ptinus imperialis.
Silpha ſuccincta.
fuſca.
atomaria.

Coccinella 6-punctata.
10-guttata.
Chryſomela minutiſſima.
faſtuoſa.
Attelabus melanurus.
Cerambyx depſarius.
Leptura alni.
Elater dermeſtoides.
Tenebrio depreſſus.
minutus.
linearis.
Scarites clavicornis.
Staphylinus cantharellus.
piceus.
Cimex ſemiflavus.
laniarius.
ſupercilioſus.
melanocephalus.
ferrugineus.
Phalaena dipſacea.
Brunnichiana.
Podaella.
Scopolella.
occullelta.
Hemerobius paganus.
Phryganea marginata.
Cynips inanita.
Tenthredo nigra.
vafra.
Sirex pygmaeus.
Ichneumon fomentator.
formicatus.
atomus.
Sphex palmipes.
ephippia.
Chryſis bidentata.

Chry-

Chryſis ſuccincta.
Apis Fabriciana.
Tipula enſicornis.
annulata.
virens.
viridula.
culiciformis.
minutiſſima.
Muſca trilineata.
furta.
ſubſultans.
cucullaria.
terreſtris.
combinata.
4-punctata.
Conops ſubcoleoptrata.
Podura minuta.
vaga.
Aranea 4-lineata.

Et in appendice tertii Tomi ſeu Syſtematis Mineralium, anno 1768 impreſſo:

Curculio trifolii.
Tenebrio feſtinans.
Hemerobius cruciatus.
Aranea tigrina.

Longe tamen abfuit, ut numerus Inſectorum Suecicorum jam fuit abſolutus. Detecta enim fuerunt multa alia individua, ante non viſa; et quo magis creſcit Entomologiae ſtudium, eo plures quotannis e latebris ſuis in lucem producuntur novae ſpecies. Generoſiſſ. Dom. Baro et Mareſch. DE GEER non paucas memorat ſpecies, in elegantiſſimo ſuo opere Entomologico. Illuſt. Entomolog. Prof. FABRICIUS varias praeterea

terea ſpecies Inſectorum, in Suecia repertorum recenſet, ut in Syſtematae Entomologico 1775 impreſſo:

Hiſter brunneus.
Byrrhus aeneus.
Opatrum minutum.
Coccinella impunctata.
13-maculata. *)
Curculio ſcabriculus.
triſtis.
punctatus.
obſcurus.
Elater ſtriatus.
Elaphrus rupeſtris.
Hydrophilus 2-punctatus.
Dytiſcus depreſſus.
Scarites clavicornis. Teneb. minutus L.
Cimex ſylvaticus.
clavipes.
Bombyx laeta.
Noctua oculea.
triſtis.
Phalaena maculana.
laetana.
rivellana.
ſtrigana.
depreſſana.
Alucita dentella.
lucella.
flavella.
Ephemera marginata.
Phryganea analis.
piloſa.

Ten-

*) *Coccinella rivularis* minime in Suecia reperitur, ſed habitat in Cap. bonae ſpei Africes.

Tenthredo obſcura.
pavida.
opaca.
Ichneumon debellator.
variegator.
falcator.
agilis.
curſitans.
pedeſtris.
Andraena hemorrhoidalis.
Nomada cingulata.
Formica tuberum.
Tipula faſciata.
cincta.
Rhagio clavipes.
Empis cinerea.

In Speciebus Inſectorum 1781 editis:

Opatrum gibbum.
tibiale.
Dytiſcus 6-puſtulatus.
inaequalis.
Staphylinus nitidulus.
Phalaena fuliginaria.
Tenthredo lateralis.

Inque Mantiſſa inſectorum 1787 edita:

Scarabeus arenarius.
Dermeſtes pallipes.
lunatus.
Boſtrichus elongatus.
Sphaeridium luteum.
Bruchus varius.
Ips humeralis.
nigra.
Tritoma glabra.

Ciſtela morio.
Curculio lythri.
ilicis.
fraxini.
tremulae.
jota.
Rhinomacer attelaboides.
Leptura pubeſcens.
Malachius viridis.
Bupreſtis flavomaculata.
Gyrinus bicolor.
Carabus picipes.
agilis.
Staphylinus melanocephalus.
Cimex ferrugatus.
pallens.
vagans.
Noctua vaccinii.
occulta.
ſtrigilis.
Phalaena fulvata.
obſcurata.
Pyralis niveana.
borana.
paykulliana.
abietana.
populana.
Tinea peſtinella.
obſcurella.
Phryganea diſcoidea.
Ichneumon compreſſus.
Muſca erythrocephala.
dauci.

Celeber. Dom. Praeſes in Entomologia non minus, quam in aliis Hiſtoriae Naturalis partibus

bus optime meritus, in Novis Actis Upſalienſibus, Vol. 4. ſpecies quadraginta circum Upſaliam plerumque inventa deſcribit. Et in Diſſertationibus, quae Ejus ſub praeſidio divulgatae ſunt, tam de Inſectis ſuecicis, quam de Muſaeo Academico non paucae deſcribuntur et recenſentur indigena inſecta, quae nuperius intra Patriae fines inventa fuerunt. In Diſſertatione nimirum de Inſectis Suecicis P. I. Species 55 enumerantur; et in Partibus Muſaei Academici 43 ſpecies, patriam noſtram inhabitantes, commemorantur. Celeb. Acad Aboënſis Profeſſor Dominus Bonsdorf in Diſſertatione de Genere Curculionis ſpecies plures novas Sueciae, nonnullas quoque Dom. Mag. Quensel in ſua Diſſertatione Lundini habita notas reddiderunt; atque Monographiae Nob. Dom. Paykull Staphylinos circiter 43, atque Carabos circiter 47 deſcribunt. Praeter inſecta illa, quae in Actis Novis Holmenſibus ab anno 1780 usque ad praeſens tempus deſcripta ſiſtuntur, inter quae reperiuntur:

Lucanus parallelipipedus.
piceus.
Serropalpus ſtriatus.
Curculio napobraſſicae.
Anobium atrum.
Elater ſegetis.
Noctua telifera.
Tinea rubiella.
betulinella.
ſagitella.
labyrinthella.
Ichneumon labyrinthellae.
Oeſtrus trompo.
Muſca napobraſſicae.
avenae.

Noviſ-

Noviſſima Syſtematis animalium Linnaei editio, ſtudio Illuſtr. GMELIN 1788 et ſeqq. non edita modo, ſed ſummopere aucta et emendata, varia inſuper inſecta memorat. quae Sueciam inhabitare dicuntur, qualia ſunt:

Curculio dryades.
Calopus pygmaeus.
Elater melanophthalmus.
Gryllus cinereus.
Coccus uva.
Noctua querceti.
alpium.
Muſca hypoleon.
Aranea 8-punctata.

Tot novis intra Sueciae limites detectis Inſectis, facile crederes, numerum illorum jam eſſe completum, pluraque poſthac detegenda fruſtra quaeri. Tantum vero abeſt, ut omnia adhuc detecta ſint; ut potius quotidie nova quaedam indagentur. Contigit mihi in Collectione publica, quam Celeb. D. Praeſes non modo Academiae huic liberaliter dono obtulit, ſed quam etiam quotidie auget et amplificat indefeſſo, ingentem Inſectorum, in Patriae variis provinciis repertorum, numerum perſpicere. Haec inſecta vel omnino ſunt ante ignota, vel etiam dudum ante apud exteros inventa et deſcripta. Atque haec exſanguia animalcula, longe plurima, opera indefeſſa Amicorum et Diſcipulorum Celeb. Dn. Praeſidis in variis regionibus collecta fuerunt, quorum nomina laude digna enumerari heic merentur. Sic Animalcula haec minutiora in *Hallandia* inveſtigavit venerandus Senex Dn. OSBECK; in *Weſtrogothia* Paſt. BJERKANDER, Dn. PENTZ, et Entomologorum Sue-

Sueciae facile primarius Dominus Capitaneus Leonh. Gyllenhal; in *Weſtmannia* Dn. D. Hall; in *Blekingia* indefeſſus D. Rhen; in *Vermelandia* D. Licenciatus Holmer et Dn. Noren; in *Oſtrogothia* D. Westrin; in *Geſtricia* D. Printz; in *Finlandia* D. Hast et Mag. Törner; in *Norlandia* et *Lapponia* Prof. Winbom, Mag. Liljeblad, Rutström, Quenzel, Dom. Ekholm; circa *Stockholmiam* Dr. Struve, D. Delén et Schönherr; in *Smolandia* Mag. Liljeblad et Wahlbom; qui omnes cum Cel. D. Praeſide ſua communicare voluerunt detecta, quae ſenſim publici juris erunt facienda. Meum vero erit, tantum ex Lepidopterorum ordine pulchras nonnullas Species deſcriptas ſiſtere atque tuo B. L. ſcrutinio mitiori ſubjicere.

* * *

papilio isis. p. d. f. *alis integris ferrugineis ſupra immaculatis, ſubtus anticis faſcia alba ocelloque ſolitario, poſticis arcu albo ocelloque ſeſquialtero.*

Habitat in Suecia Dom. Delén, alii; in Roslagia Gedner.

Alae integrae, ſupra ferrugineae ſeu ferrugineo-fuſcae, unicolores absque ocellis. Subtus *anticae* ferrugineae faſcia abbreviata alba pone medium, et pone hanc ocellus ſolitarius; *poſticae* fuſcae faſcia undata alba in medio et intra marginem ocellus pupillatus cum adjecto puncto albido coeco.

Simillimus P. *pamphilo*, ſed duplo fere major et in pluribus diſtinctus.

papilio matutina. p. n. ph. *alis fulvis: faſciis flavis nigrisque, poſticis ſeptem-punctatis.*

Habi-

Habitat in Suecia Dom. Afzelius, Groendal, alii.

Caput hirtum uti et Corpus et alae basi supra.

Antennae albo nigroque annulatae, capitulo nigro, apice ferrugineo.

Palpi porrecti, lanceolati, ferruginei.

Alae omnes fulvae. *Anticae* supra basi nigrae, tum flavae fere ad apicem venis nigris; in disco flavo fasciae nigrae duae et fasciae duae ferrugineae nigro-marginatae. *Margo* posticus niger; intra marginem ordo macularum triangularium flavescentium, tunc fascia dentata nigra. *Posticae* supra basi et interius nigrae, ceterum fulvae macula baseos, fascia maculari media et maculis marginalibus septem triangularibus flavescentibus. Margo niger; intra maculas triangulares fascia dentata nigra, et intra hanc ordo punctorum septem, subocellarium nigrorum. Subtus omnes subconcolores, sed pallidiores margine postico flavo, et basi fulvae maculis luteis nigro-marginatis.

Abdomen supra nigrum, subtus flavescens.

Pedes flavescentes.

Variat magnitudine.

Similis *P. maturnae*, sed distinctus ordine punctorum imprimis.

Similis quoque Fig. Engrammelle, Papil. d'Europe Tab. 17, sed diversus

Papilio phoebe. Fabric. Mant. Inf. Vol. 2. pag. 58.

Engrammelle. Pap. d'Europ. p. 249. tab. 61. fig. 88. a b. bis.

Distinguitur a P. *Delia*, cui simillimus, punctis nullis nigris in anticis supra, quodque paulo major.

Opti-

Optime noſcitur punctis quatuor in poſticarum baſi ſubtus nigris.

PAPILIO DELIA. FABRIC. Mant. Inſ. Vol. 2. p. 60.

ENGRAMMELLE. Pap. d'Europ. p. 69. tab. 19. fig. 32. c. d. e. f.

PAPILIO DICTYNNA. FABRIC. Mant. Vol. 2. p. 59.

ENGRAMMELLE. Pap. d'Europ. p. 252. tab. 62. fig. 31. a. b. bis. Suppl. 3. p. 320. tab. 4. fig. 31. k.

Valde ſimilis *P. Athuliae*, a qua vix diverſa, niſi quod fuſca et minor.

PAPILIO DAPHNE. FABRIC. Mant. Inſ. Vol. 2. pag. 64.

ENGRAMMELLE. Pap. d'Europ. p. 56. tab. 15. fig. 20. a. b. c.

Habitat in Suecia et in Lapponia. LILJEBLAD.

PAPILIO FRIGGA. P. n. ph. - *alis fulvis nigro-maculatis, poſticis ſubtus baſi purpureis: faſcia dentata maculari argentea ſerieque duplici punctorum.*

Habitat in Lapponiae ſylvis, locis uliginoſis Salice Lapponum repletis, LIBJEBLAD; QUENZEL.

Magnitudine P. *Ligeae.*

Caput, *Thorax*, *Abdomen* ſupra hirſuta, ferrugineo-nigra.

Palpi porrecti, lanceolati, hirti, ferruginei, longitudine capitis.

Lingua involuta, ferruginea.

Antennae filiformi-articulatae, ferrugineae, nigro-annulatae; capitulo nigro, apice brunneo.

Alae omnes ſupra fulvae, nigro-venoſae; *Anticae* baſi fuſcae, margine interiori hirtae, ultra medium nigro-faſciatae faſciis ſubquinis dentatis ſub-connexis; ipſe margo albidus nigro-punctatus: intra marginem faſcia nigra,

nigra, intra hanc fascia e punctis septem nigris nervos interjectis. *Posticae* nigro-venosae, basi cinereo-hirsutae, ultra medium nigrae maculis duabus fulvis; ipse margo albidus: intra illum ordo punctorum sex nigrorum in ipsis venis: intra haec puncta fascia nigra transversa subinterrupta, et intra hanc fascia vel ordo punctorum sex vel septem atrorum nervos interjectorum. Subtus alae *Anticae* paginae superiori concolores; *posticae* totae purpureae, basi tamen ultra medium saturatius et parum villosae. Prope basin et marginem exteriorem macula oblonga argentea purpuream includens; cum hac connectitur fascia dentata curva e maculis dissimilibus novem argenteis, saepe pulvere ferrugineo irroratis. Margo denticulatus, albidus; intra illum inter nervos nigricantes ordo punctorum septem minutissimorum nigrorum et intra hunc ordo punctorum sex, quorum quatuor intermedia argenteo-pupillata.

Abdomen subtus, et tibiae lutescentes.

PAPILIO PALES. FABRIC. Mant. Inf. Vol. 2. p. 63.

ENGRAMMELLE. Pap. d'Europ. p. 244. tab. 60. fig. 21. bis a. b. c. d.

Habitat in Suecia var. α. cum descriptione P. *Palis* FABRIC. exacte conveniens. var. β. in Norlandia et Smolandia. Locis paludosis D. Mag. LILJEBLAD, var. γ. in Lapponia D. Mag. QUENZEL.

Var. β magis hirsuta supra, alis anticis intra marginem posticum late fusco-maculatis; alae posticae supra punctis majoribus cum marginalibus confluentibus.

Var. γ. alae posticae supra basi fere usque ad marginem posticum nigrae et minus hirsutae.

PAPI-

PAPILIO FREIJA. P. n. ph. *Alis fulvis nigro-maculatis, posticis subtus ferrugineis: fasciis duabus maculisque plurimis nigris albisque.*

Habitat in Vestrobothnia juxta flumina locis graminosis D. Mag. LILJEBLAD et in Lapponia D. Mag. QUENZEL.

Magnitudine P. *Ligeae*, totus fulvus, alis posticis saturatioribus.

Caput, *Palpi*, *Antennae*, *Thorax*, *Abdomen*, *Pedes* ut in P. *Disa*.

Alae omnes supra fulvae seu ferrugineae, nigro-venosae. Anticae basi fuscae, hirtae; infra basin maculae duae atrae, tum fascia dentata, inde fascia undato-dentata versus exteriorem marginem bifida; pone hanc versus marginem exteriorem litura; pone hanc ordo punctorum septem nervos interjectorum, deinde fascia dentata et tandem fascia marginalis intra ipsum marginem albidum. *Posticae* basi versus marginem interiorem hirsutae, ultra medium nigrae maculis duabus minutis ferrugineis; pone medium fascia punctorum sex inter nervos versus marginem internum sensim majorum. Ipse margo niger ciliis albis; intra marginem fascia dentata nigra. Subtus *anticae* paginae superiori concolores, sed fasciis et maculis magis obsoletis et maculis albis marginalibus albicantibus magis exstantibus. *Posticae* nigro-quadrifasciatae fasciis undulato-dentatis; fascia prima infra basin, brevis, prope marginem exteriorem; secunda ante medium marginem nullibi attingens, includens maculam albam puncto nigro notatam; tertia pone medium, curvata, a margine ad marginem extensa; quarta intra marginem posticum dentata, maculas septem albas trian-

gulares includens. Inter fasciam tertiam et quartam ordo punctorum nigrorum sex. Praeterea maculae quatuor albae baseos, et plures triangulares atque quadrato-cruciformes inter fascias nigras priores; pone fasciam tertiam nigram fascia alba e maculis lunaribus.

Similis supra P. *Disae*, subtus diversissimus et pulcherrime variegatus.

Sexus magnitudine variat.

PAPILIO NORNA. P. n. g. *Alis cinereo flavescentibus, posticis subtus fusco-marmoratis.*

Habitat in Lapponia, α. β. juxta alpes LILJEBLAD, RUTHSTRÖM, et EKHOLM; γ. QUENZEL.

Triplex occurrit varietas. Omnes alae supra sordide flavescentes margine omni fusco, posticarum maculis triangularibus. *Anticae* subtus concolores margine extimo et apice irrotatae. *Posticae* subtus nigro alboque marmoratae, fascia tamen lata dentata in medio et margine magis obscuris.

Caput, *Palpi* et *Corpus* hirsuta, nigra.

Antennae fusco-flavescentes.

Var. α. alae *anticae* supra punctis nigris sesquitertiis, subtus ocellis tribus minutis; *posticae* supra puncto, subtus ocello unico.

Var. β. alae *anticae* supra punctis duobus, subtus ocellis totidem; *posticae* absque punctis et ocellis.

Var. γ. alae *anticae* et posticae utrinque absque punctis et ocellis.

Alae tenues, semipellucidae, rotundatae, subdentatae, omnes pallidae, flavescentes margine antico et postico nigris.

Similis quidem ENGRAMELLE Pap. d'Europ. p. 258. tab. 64. fig. 38. a. b bis; differt, vero alis imprimis subtus dissimilibus.

PAPI-

PAPILIO DISA. P. n. g. *Alis fuscis, anticis fascia ferruginea quadripunctata; posticis subtus cinereis: fascia lata arcuque nigris.*

Habitat in Lapponia Magist. QUENZEL. P. Gefion Qv. Act. Holm.

Antennae subtus albo annulatae.

Palpi, Caput, et totum *Corpus* nigrum, hirtum.

Alae anticae utrinque fuscae; intra apicem fascia, margines non attingens, ferruginea, in qua puncta quatuor caeca nigra, quorum duo extima approximata. *Posticae* supra fuscae, immaculatae; subtus cinereo-griseae: fascia in medio curva, lata, dentata, fusca; margo nigricans; inter marginem posticum et fasciam latam arcus undulatus, transversus, niger.

Differt manifeste a P. *Lappona* et *Embla*, quibus similis.

PAPILIO LAPPONA. P. n. g. *Alis fuscis, anticis fascia rufa: punctis quatuor nigris; posticis supra fuscis, subtus griseis: fascia dentata fusca.*

Habitat juxta kengis Vestrobothniae D. Mag. RUTHSTRÖM; in Lapponiae sylvis LILJEBLAD, EKHOLM; in Lapponia QUENZEL. P. Gefion. Qv. Act. Holm.

ENGRAMMELLE Papillions d'Europe p. 259. tab. 64. fig. 42. a. b. c. d. bis. Suppl. 3. p. 321. tab. 4. fig 42. a. b. quint. valde similis, vix idem.

Antennae fuscae, basi albidae, clava oblonga lutea compressa.

Caput et *Palpi* porrecti, villosi, nigri.

Alae rotundatae, sub-integrae, supra omnes fuscae, *anticae* supra fascia lata, abbreviata, ferruginea in qua puncta quatuor nigra, tertio obsoleto; *posticae* punctis unico vel tribus nigris, saepe obsoletis intra marginem. Subtus

anticae ferrugineae marginibus apiceque griseis punctisque quatuor nigris; *posticae* cinereae fascia dentato undulata latiori punctisque intra marginem tribus, nigris, saepe obsoletis.
Corpus supra nigrum, subtus cinereum.
Varietas triplex occurrit:
α. fascia rubra latiori nigro-marginata.
β. puncto in posticis alis unico.
γ. punctis quatuor in posticis supra.

PAPILIO EMBLA. P. n. g. *Alis fuscis: supra ocellis quatuor; subtus anticis quadri-ocellatis, posticis quadripunctatis maculisque duabus albis.*
Habitat in lucis Vestrobothniae subhumidis, horis vespertinis. LILJEBLAD
Antennae fuscae, albo-annulatae.
Palpi porrecti, hirsuti, fusci uti et *corpus totum.*
Alae rotundatae, vix dentatae, omnes utrinque fuscae; *Anticae* supra infraque fascia marginem non attingente lutea, in qua ocelli quatuor, quorum extimus albo-bipupillatus, intimis caecis. *Posticae* supra ocellis quatuor luteis, pupilla nigra, subtus punctis quatuor minimis nigris; in medio fere alae macula albida et alia marginalis obsoleta.
Magnitudine P. *Ligeae*, cui simillimus uti et similis p. *Blandinae*, satis tamen ab omnibus distinctus.

PAPILIO ADONIS. P. p. r. *Alis integris fusco-caeruleis: striga marginali, subtus cinereis: punctis ocellaribus; posticis macula centrali alba.*

Papilio Adonis. FABRIC. Mant. Inf. Vol. 2. p. 75. ENGRAMMELLE Pap. d'Europ. p. 173. t. 39. fig. 82.

Habi

Habitat in Suecia D. Demonſtr. AFZELIUS.
Valde affinis P. *Idae*. Lin.

PAPILIO CORYDON. P. p. r. *Alis integris caeruleſcentibus margine nigro, poſticarum ocellari; ſubtus cinereis: punctis ocellaribus lunulisque fulvis.* FABRIC. Mant. Inſ. Vol. 2. pag. 74.
ENGRAMMELLE Pap. d'Europe pag. 174. t. 39. fig. 83.
Habitat in Suecia. LILJEBLAD.
Valde variat.

PAPILIO OPTILETE. FABRIC. Mant. Vol. 2. p. 74.
ENGRAMMELLE Pap. d'Europe p. 311. tab. 84. fig. 85. tert. a. b. c.
Habitat in Suecia. Dom. AFZELIUS. Licentiat. HOLMER.

PAPILIO CLEOBIS. P. p. r. *Alis integris caeruleis, ſubtus canis: punctis oblongis nigris ſimplicibus.*
Papilio acis. FABRIC. Mantiſſ. Vol. 2. p. 73.
Habitat in Suecica. Notar. DELÉN.

PAPILIO MINIMUS. P. p. r. *Alis integris fuſcis ſupra maculatis, ſubtus albidis, baſi caeruleis: lunula faſciaque ocellari.*
ENGRAMMELLE Pap. d'Europe p. 181-183. t. 42. fig. 88. e. f.
Habitat in Veſtmannia Dom. Doct. HALL.
Minor P. *Argiolo*, totus ſupra fuſcus, immaculatus baſi alarum caerulea, nitente.
Alae ſubtus cinereo-albidae. *Anticae* lunula nigra faſciaque ocellari e punctis ſex nigris; *poſticae* prope baſin puncta duo nigra, ante medium lunula obſoleta; poſtice ordo punctorum ocellarium ſeptem ſerie abrupta punctoque ocellari ſolitario intra marginem. Ocelli

posticarum interdum valde obsoleti, ut vix manifesti.

PAPILIO HILLE. P. p. r. *Alis integris caeruleo-micantibus, subtus punctis ocellaribus numerosis.*

FABRIC Mant. Vol 2. p. 80.

Habitat ad Luloam antiquam frequentissime, 1788 a LILJEBLAD lecta.

Valde *similis* P. *hippothoë*, sed supra non fulvus, verum caerulescens, nitidus, margine postico inprimis posticarum fulvo-fasciato; subtus similiores, sed hic duplo fere minor.

BOMBYX RECLUSA. *Alis deflexis plumbeo-ferrugineoque variis: fasciis tribus albis anastomosantibus, macula apicis ferruginea: puncto marginali albo.* FABRIC. Mant. Inf. Vol. 2. pag. 120.

ROES. Inf. tom. 4. tab. 11. f. 4. 5.

Habitat Upsaliae. Prof. AURIVILLIUS, Praeses, alii.

Simillima habitu et structura B. *curtulae*, sed quadruplo minor, tota valde hirsuta.

BOMBYX LAPPONICA. *Alis deflexis, anticis brunneis: punctis fasciisque flavis; posticis basi fuscis, apice fulvis: maculis quatuor nigris.*

Habitat in Lapponia. D. GROENDAL.

Magnitudine et fascie B. *Plantaginis.*

Antennae pectinatae, nigrae.

Caput, *Thorax*, *Abdomen* hirsuta, fulva.

Thorax flavo-sexmaculatus, maculis 2 anticis, 2 lateralibus, singula in singula costa et duabus longitudinalibus in dorso.

Alae anticae supra brunneae, fasciis quinque interruptis flavis, penultima denticulata transversa; *posticae* basi fuscae, apice fulvae maculis quatuor nigris lunatis inaequalibus. Subtus omnes fuscae fasciis et maculis eisdem.

NOCTUA

NOCTUA DIVERGENS: *Criſtata alis deflexis integris, anticis griſeis: faſciis duabus fuſcis ſignoque albo inſcriptis; poſticis flavis margine nigro.* FABRIC. Mantiſſ. Inſect. Vol. 2. p. 162.

Habitat in Lapponia Prof. VINBOM, Dr. STRUVE; Mag. QUENSEL.

NOCTUA LEUCOPTERA: *Alis deflexis, anticis cinereis: faſciis tribus punctisque duobus nigris; poſticis niveis.*

Habitat in Suecia.

Magnitudine media.

Corpus totum laeve, cinereum.

Alae anticae utrinque cinereae, ſupra faſciis quatuor nigris, 1 in baſi interrupta, 2 ante medium undulata, 3 pone medium curva undata, 4 intra marginem obſoleta. Inter faſciam 3 et 4 punctum anterius minutum et macula poſterius oblonga. *Poſticae* utrinque totae niveae faſcia tenuiſſima intra marginem e punctis nigris. Alae poſticae baſi ciliatae.

NOCTUA MELALEUCA: *Alis deflexis, anticis nigris cinereo-maculatis; poſticis albis: margine nigro.*

Habitat in Lapponia, LILJEBLAD, EKHOLM, GROENDAL, QUENZEL.

Inter minores Noctuas, capite et toto corpore hirto, pilis albis nigrisque griſeo.

Antennae filiformes, ſetaceae, nigrae.

Alae anticae ſupra nigrae, ciliatae, ſubundulatae faſciis obſoletis griſeis et maculis tribus, longitudinaliter poſitis griſeis, quarum poſteriores ſenſim majores. Subtus baſi villoſae, fuſcae, maculis obſoletis albis marginalibus. *Poſticae* utrinque niveae, margine extimo nigro-irrorato, poſtico limbo lato, atro.

NOCTUA MELANOPA: *Alis deflexis, anticis nigris griseo-irroratis; posticis albis: macula margineque nigris.*

Habitat in Lapponia, LILJEBLAD.

Similis omnino priori; sed alae posticae minus albidae, basi et arcu medio nigris, ciliisque marginis postici niveis. Praeterea alae anticae non totae nigrae, sed albidae, arcu medio et margine postico nigro.

NOCTUA LAPPONICA: *Alis deflexis albidis, anticis fasciis quinque atris, posticis puncto arcuque duplici nigro.*

Habitat in Lapponia, GROENDAL, Chirurg. Exp. ad Chinam Soc. Com. Suec.

Magnitudine N. *Melaleucae.*

Corpus totum hirtum pilis nigris albisque.

Thorax antice subcristatus, fascia atra albaque.

Antennae filiformi-setaceae, fuscae.

Alae anticae albidae punctis minutissimis atris adspersae; fasciae quinque undatae nigrae, 1 in ipsa basi, 2 infra basin, 3 et 4 in medio interiori in margine approximatae, 5 intra marginem posticum; margo posticus denticulatus e maculis albis nigrisque; *posticae* alae totae fuscae margine magis nigricante. *Omnes* subtus albidae puncto medio, arcu limboque latiori marginali nigris; *margo posticus* albo nigroque denticulatus, in posticis, in anticis albus.

TORTRIX PENZIANA: *Alis albis fusco-irroratis; fasciis tribus obliquis articulatis nigris.*

Habitat in Sueciae meridionalibus Provinciis. Consiliar. D. PENTZ.

Tortrici Rosana paulo major et magis oblonga.

Caput album, hirtum.

Palpi compressi, clavati, albi.

Alae

Alae anticae oblongae, obtuſae, ſupra albae lineolis fuſcis irroratae; faſciae tres obliquae, atrae, ſubarticulatae articulis quadratis. Subtus fuſcae, immaculatae, ciliatae. *Alae poſticae* ſupra fuſcae, ſubtus albidae; margine exteriori fuſco-maculato.

TORTRIX RHENANA: *Alis extus ferrugineis, intus albis fuſco-irroratis; faſcia communi maculaque duplici atra.*

Habitat in Blekingia. Dom. RHEN.
Tortrice Roſana paulo major.
Antennae filiformes, apice attenuatae, cinereae, capite thoraceque longiores.
Palpi compreſſi, clavati.
Corpus et *Pedes* albidi.
Alae anticae extus ferrugineae, fuſco-faſciatae, interiori margine niveae, nigro-irroratae. Ante medium faſcia communis, atra, marginem exteriorem non attingens. Pone medium macula in ſingula ala obliqua, oblonga, atra, margines non attingens. *Alae poſticae* ſupra fuſcae, ſubtus verſus marginem tenuiorem albidae, verſus craſſiorem fuſco-irroratae.
Differt a T. *Hermanniana*.

TORTRIX FIMBRIANA: *Brunnea margine extimo niveo: faſciis punctisque brunneis.*
Habitat in Veſtrogothia. Paſtor BJERKANDER.
Corpus magnitudine T. *Roſanae*.
Antennae filiformes, brunneae, longitudine dimidia corporis.
Palpi ovati, porrecti, brunnei, ſubtus albidi.
Alae ſupra brunneae margine exteriori linea lata, nivea, apicem alae non attingente; faſciae undulatae, ſubabruptae, binae et puncta ſparſa brunnea; ſubtus fuſcae margine albido.

TORTRIX HIRUNDANA: *Alis brunneis, dorso late niveis maculisque marginalibus.*
Habitat in Suecia. BJERKANDER.
Corpus magnitudine T. *Rosanae.*
Caput, Antennae, Palpi ut in antecedenti.
Thorax antice brunneus, postice niveus, medio fascia nigra.
Alae in margine interiori late niveae punctis obsoletissimis; in exteriori brunneae, macula duplici baseos punctisque minutissimis subquaternis marginalibus albis; margo posticus fusco alboque varius, ciliatus. Subtus alae fuscae, nitentes.

TORTRIX GROENDALIANA: *Alis ferrugineis: fasciis argenteis maculisque decem luteis.*
Magnitudine media.
Antennae, thorax, alae anticae subtus et posticae utrinque fuscae.
Alae anticae supra ferrugineae: fasciae transversae argenteo-plumbeae sex, ultima intra marginem maculari; praeterea maculae majores luteae, quinque in singula ala obtusa.

TORTRIX HALLIANA: *Alis canis fusco-punctatis: macula baseos margineque exteriori brunneis.*
Habitat in Suecia. D. Dr. HALL.
Magnitudine media, tota supra infraque argenteo-cana.
Antennae subfiliformes, fuscae, corpore duplo breviores.
Alae anticae supra punctis minutissimis fuscis irroratae, inprimis postice, obtusissimae; in basi singulae macula et margo exterior a medio ad apicem late ferrugineae, linea in media ala latissima. Subtus immaculatae, uti et posticae supra.

TOR-

TORTRIX GROSSANA: *Alis cinereis: fasciis duabus obliquis fuscis.*
Habitat in Vestrogothia, BJERKANDER.
Magnitudine T. hamanae.
Caput luteum palpis brevissimis.
Antennae fuscae, corpore quadruplo breviores.
Thorax fuscus, immaculatus, laevis.
Alae anticae obtusae, supra cinereo-albidae, striis tenuissimis undulatis fuscis irroratae: fasciae duae, latae, obliquae, dentatae, fuscae altera juxta basin, altera a medio margine externo ad angulum ani ducta, ubi saepe subbifida in medio valde angustata. Subtus uti alae posticae vtrinque fuscae, immaculatae.
Abdomen et *Pedes* cinerei.
Varietas occurrit capite nigro, fascia postica valde bifida, et colore alarum albidiore.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS III.

D. 9. MAJI 1792.

RESP.

JAC. ÅKERMAN.

BOMBYX *ferrata;* alis reverſis anticis fuſco-cinereis; ſtrigis duabus nigris; poſticis albis ciliatis.

Bombyx *trepida.* FABR. Mant. vol. 2. p. 120.

Habitat in Veſtrogothia. Dn. LEONH. GYLLENHAL.

Magnitudine B. vinulae, tota hirſuta, cinereo-fuſca.

Antennae ſerratae, corpore dimidio breviores.

Thorax ſubcriſtatus, faſcia lineisque duabus obſoletis nigris.

Alae incumbentes; *anticae* ſupra fuſco-cinereae venis elevatis, hirtae, ad angulum ani falcatae; ſupra baſin faſcia undata nigra; ante medium alia undata, verſus interiorem marginem obſoleta; pone hanc lunula nigra; in ipſo margine et intra illum ordo punctorum oblongorum, nigrorum; ſubtus albido-fuſcae, immaculatae. *Poſticae* reverſae, medio ciliato-

ſerra-

ſerratae, ſupra albidae, margine fuſco et bifaſciato; ſubtus albidae.

PHALAENA *ſeparata:* alis albo-caneſcentibus: faſciis tribus duplicatis nigris, poſtica obliqua.

Phalaena ſeparata. Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 75. c. fig.

Habitat in Suecia. Notar. DELEN.

Magnitudine Ph. Wawariae paulo major.

Antennae ſetaceae.

Alae patentes, canae; *anticae* medio albidae, faſciis tribus nigris, duplici linea conſtantibus: prima in baſi, ſecunda antenuato-acuta, marginem non attingens. Subtus canae, macula marginali albida. *Poſticae* utrinque canae, immaculatae.

PHALAENA *ornata:* ſeticornis alis niveis, puncto medio margineque poſtico undato-fuſcis. FABR. Mant. v. 2. p. 210.

PHALAENA *oſſeata:* ſeticornis alis albis obſcurius undatis: puncto medio nigro, anticis coſta ferruginea. FABR. Mant. v. 2. p. 211.

PHALAENA *ſtrigata:* alis flavis apice fuſcis, faſciis fuſcis quatuor.

Phalaena *ſtrigata:* Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 75. c. fig.

Habitat in Geſtricia, D. PRINTZ.

Magnitudine Phalaenae *emarginatae*, tota pallide flava.

Antennae ſetaceae.

Alae patentes, *anticae* flavae, poſticae fuſcae, faſciis circiter quatuor tenuibus, recurvis, fuſcis, ſubtus obſoletioribus.

PHALAENA *transverſata:* alis nigris: faſcia lata media alba ſtriga nigra interrupta punctoque in poſticis albo.

Pha-

Phalaena *transverſata*. Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 75. c. fig.

Habitat in Vermelandia. D HOLMER. in Geſtricia, D. PRINTZ.

Magnitudine et *facie* Phalaenae *haſtatae*.

Thorax niger, marginibus pectoreque albis.

Antennae ſetaceae, fuſcae.

Alae planae; Omnes ſupra nigrae maculis marginalibus albis. Pone medium faſcia lata alba, in qua ſtriga obſoleta fuſca in anticis. In poſticis macula ſimul alba pone faſciam; *ſubtus* potius albae, puncto, faſcia media et margine poſtico late nigris. Ipſe margo albo-maculatus.

PHALAENA *paludata:* alis canis: anticis faſciis quatuor nigris, tertia dentata, quarta reverſa.

Phalaena *paludata*. Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 76. cum fig.

Habitat juxta paludes turfoſas Veſtrogothiae, D. GYLLENHAL.

Magnitudine Phalaenae *incanatae*, tota cana.

Antennae filiformi-ſetaceae.

Alae planae: *anticae* ſupra faſciis quatuor nigris notatae, prima anguſtiſſima juxta baſin; ſecunda ante medium parum undata; terttia pone medium magis dentata; quarta apicis lunata, abbreviata, obſoleta. *Poſticae* ſupra immaculatae; *ſubtus* omnes rufeſcentes faſcia puncto ſubocellari atro. FABR. Mant. v. 2. p. 198.

PHALAENA *rhamnata:* alis dentatis fuſceſcentibus: faſcia media dentata obſcuriore; lunula arta puncto ſtrigaque fuſcis. FABR. Mant. v. 2. p. 198.

PHALAENA *rubiginata:* alis niveis: faſciis duabus ferrugineis, poſteriore dimidiata: puncto ſubocellari atro. FABR. Mant. v. 2. p. 205.

PHA-

PHALAENA *hexapterata:* alis fuſco griſeoque variis, poſticis albis duplicatis. FABR. Mant. v. 2. p. 207.

Valde affinis Phalaenae *didymatae*, ſed maxime diſtincta videtur alis ſpuriis, quas tamen vidi etiam in varietate quadam Phalaenae *ferrugatae;* an itaque haec nota tantum ſexus differentia?

PHALAENA *myrtillata:* alis cinereis ſupra puncto faſciisque obſoletis fuſcis.

Phalaena *Myrtillata.* Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 75.

Magnitudine fere *Ph. Papilionariae*, tota fuſco-irrorata, macula nigra anticarum ſupra faſciisque obſoletis fuſcis; intra marginem faſcia albida, undulata.

Alae planae rotundatae, ſubtus omnes cinereae puncto fuſco in medio.

Antennae ſetaceae, longitudine fere corporis.

PYRALIS *hamalis:* alis baſi canis: macula fuſca, apice nigris.

Pyralis *hamalis.* Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 76. cum fig.

Habitat in Vermelandia. D. HOLMER; in Finlandia D. HAST.

Paulo major Pyrali *purpurali.*

Antennae ſetaceae, cinereae, capite thoraceque longiores.

Caput et *Thorax* incana.

Alae deflexae, forficatae; *anticae* ſupra baſin canae macula marginis exterioris oblonga, fuſca; in medio albae, inde ad apicem nigrae. *Poſticae* baſi albae puncto nigro, apice nigrae. Subtus ſimiles paginae ſuperiori.

Abdomen et *pedes* albida.

PYRALIS *margaritalis:* alis anticis pallide flavis, faſciis duabus puncto margineque poſtico fuſcis;

fuscis; posticis albis. FABR. Mant. Inf. v. 2. pag. 218.

Habitat in pluribus Sueciae provinciis. D. WESTRIN et alii.

Magnitudine PYR. *forficalis*, cui similis.

Caput, *Thorax*, *Abdomen* albido-flavescentia.

Antennae setaceae, cinereae, longitudine dimidii fere corporis.

Alae deflexae, forficatae; *anticae* flavescentes, margine postico ferruginec-fusco. Infra basin versus marginem externum, punctum minimum fuscum. Ante medium undatae facia tenui undata et alia pone medium subferruginea. Subtus margo extimus, posticus et punctum ferrugineum. *Posticae* supra albae, margine postico parum fusco; subtus concolores.

TORTRIX *chlorana*: alis bombeis, anticis viridibus: margine extimo albo. FABR. Mant. Inf. v. 2. p. 224.

Magnitudine et *facie Tortricis viridanae*.

Caput niveum, *antennis* subfiliformibus, cinereis.

Thorax viridis, *pectore* pedibusque albidis.

Alae deflexae, obtusissimae; *anticae* supra virides margine extimo, imprimis basi, albo; subtus viridi-albidae. *Posticae* utrinque albae.

Abdomen supra fuscum, subtus album.

TORTRIX *Teatiana*: alis planis cinereis macula punctisque duobus centralibus nigris. FABR. Mant. v. 2. p. 235.

Facies depressa et habitus *T. heracleanae*.

Palpi obtusi, breves.

Antennae filiformes, corpore dimidio breviores, cinereae.

Thorax, *Abdomen* et *Pedes* cinereo-flava.

Alae

Alae incumbentes, truncatae, planae; *anticae* cinereo-flavescentes, tenuissime nigro-irroratae; in margine exteriori maculae quatuor nigrae, in medio puncta duo minuta, et unum majus nigra; in margine postico puncta minuta sex; subtus fuscescentia margine lutescente. *Posticae* fusco-plumbeae, ciliatae.

TORTRIX *applana:* alis depressis fusco-ferrugineis: punctis duobus ocelloque albo centralibus.

Pyralis applana? FABRIC. Mant. Inf. 2. p. 239. Facies et similitudo summa cum *T. Teatiana*, *Kaekeritziana* et *heracleana*, quae omnes, an specie differant, doceant ulteriores observationes et inprimis metamorphosis.

Supra subferruginea, tota nigro tenuissime irrorata, subtus plumbeo-fusca, nitens.

Alae planae, incumbentes, anticae in margine exteriori et postico obsolete nigro-punctatae; ante medium puncta duo, minuta, nigra; pone haec ocellus albus cum puncto albo vix perspicuo.

TORTRIX *Smeathmanniana:* alis albidis: fasciis duabus obliquis ferrugineis, anteriore abbreviata, posteriore interrupta. FABR. Mant. Inf. 2. p. 278.

Magnitudine vix *T. Alstroemerianae;* tota supra albido-flavescens, subtus fusca, nitens.

Palpi porrecti.

Alae triangulares, postice sensim dilatatae, ciliatae. Arcus obliquus in medio dorso, margines exteriores non tangens, sed in margine macula ferruginea. Pone medium facia obliqua e tribus maculis.

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS IV.

D. 23. MAJI. 1792.

RESP.

CAR. FREDER. SEBALDT.

SPHINX *atropos:* alis integris, posticis luteis: fasciis fuscis; abdomine luteo: cingulis nigris. Fabr. Mant. Inf. 2. p. 95.
Habitat in Uplandia et alibi.

BOMBYX *hieracii:* alis subreversis atris. Fabr. Mant. Inf. 2. p. 116.
Phalaena *atra* Lin. Syst. anim. 12. p. 823.
Habitat extra Upsaliam et alibi.
Habitus et magnitudo *Tortricis* tota atra; alis plus vel minus pellucentibus rotundatis.
Antennae pectinatae.
Corpus totum hirtum.

BOMBYX *fusca:* alis patentibus fuscis, puncto medio fasciisque duabus atris.
Habitat in Lapponia. D. GRÖNDAL.
Magnitudo et habitus *Tortricis*, tota fusca.
Antennae bipectinatae radiis brevibus.

Alae

Alae omnes utrinque puncto atro in medio notatae. *Anticae* supra fasciis binis atris extra punctum. *Posticae* subtus pallidiores, tenuissime atro-irroratae.

BOMBYX *signata*: alis incumbentibus griseis linea atra ocelloque sesquialtero notatis.

Habitat in Vestrogothia. Cap. GYLLENHAL.

Magnitudine fere *B. Bucephalae* tota albido-grisea et hirsuta.

Antennae sensim attenuatae, pectinatae, radiis duplici serie fuscescentibus.

Thorax cristatus crista fuscescente.

Alae deflexae; *anticae* fusco-subundulatae et irroratae, basi linea nigra subduplicata: in medio macula minuta oblonga alba nigro-maculata; paulo pone medium macula alba cum lineola curva atra adjecta; margo obsolete nigro-punctatus; *subtus* cinereo-fuscae, macula in medio et marginalibus obscurioribus. *Posticae* pallidiores, fordidae macula atra in medio et punctis 6 marginalibus utrinque.

BOMBYX *pithyocampa*: alis reversis griseis: strigis tribus obscurioribus; posticis pallidis: puncto anali fusco. Fabr. Mant. Inf. 2. p. 114.

NOCTUA *linariae*: cristata alis deflexis fusco-cinereis, apice albo nigroque striatis, maculis ordinariis niveis. Fabr. Mant. 2. p. 169.

NOCTUA *italica*: laevis alis deflexis fuscis, strigis ferrugineis maculaque transversa marginali alba. Fabr. Mant. 2. p. 144.

NOCTUA *sulphurago*: cristata alis deflexis flavis; punctis numerosis strigisque fuscis. Fabr. Mant. Inf. 2. p. 159.

NOCTUA *aurago:* criſtata alis deflexis fuſceſcentibus litura baſeos faſciaque media late flavis. Fabr. Mant. 2. p. 159.

NOCTUA *rutilago:* criſtata alis deflexis flavis ferrugineo-ſtrigoſis faſcia baſeos apicisque fuſca. Fabr. Mant. Inſ. 2. p. 160.

NOCTUA *flavago:* criſtata alis deflexis flaviſſimis: punctis faſciaque lata fuſcis. Fabr. Mant. 2. pag. 160.

NOCTUA *arbuti:* criſtata alis deflexis fuſcis, poſticis nigris faſcia flava. Fabr. Mant. 2. p. 184. Syſt. Ent. p. 619.

NOCTUA *porphyrea:* alis deflexis carneo luteoque variis, ſtigmatibus albis.
Bombyx ſpreta? Fabr. Mant. 2. p. 123.

NOCTUA *ſatellitia:* criſtata alis deflexis dentatis brunneis, anticis puncto flavo inter puncta duo alba. Fabr. Mant. 2. p. 165.

NOCTUA *euphorbiae:* criſtata alis deflexis cinereis fuſco-undatis: maculis ordinariis anteriori orbiculata, poſteriori reniformi albidis. Fabr. Mant. 2. p. 174. 114.

NOCTUA *jota:* criſtata alis deflexis, anticis ferrugineo-griſeis *i* reſupinato aureo inſcriptis. Fabr. Mant. 2. p. 163.

NOCTUA *ſtrigula:* criſtata alis deflexis rufeſcentibus albo nigroque ſtriatis. Muſ. Acad. Upſ. 6. p. 72. cum fig.
Magnitudine media, hirſuta, tota rufeſcens.
Antennae ſetaceae.
Thorax criſtatus, variegatus faſcia purpurea.
Alae deflexae albo nigroque faſciatae et ſtriatae; ocelli in medio duo praeter ſtigma poſterius. Subtus fuſco-fuſceſcentes, immaculatae.

Pedes

Pedes rufescentes annulis albis.

NOCTUA *carnea:* cristata alis deflexis, anticis carneis: stigmate flavicante; posticis arcu punctoque fusco. Mus. Acad. Upf. 6. p. 72. cum figura.

Habitat in Hallandia. Doct. OSBECK.

Magnitudine media, tota fusco-rubra.

Antennae setaceae.

Palpi appendiculati.

Thorax cristatus, hirsutus.

Alae anticae deflexae, rufescentes, ferrugineo-fasciatae. *Stigma* anterius cinereum, posterius flavescens; fascia cinerea intra marginem. Posticae pallidiores, supra immaculatae. Subtus puncto arcuque fusco.

Pectus valde hirsutum, fulvum.

NOCTUA *masoreta:* cristata cana, alarum disco litura punctisque nigris notato. Mus. Acad. Upf. P. 6. p. 72. cum figura.

Magnitudine inter minores, tota cana.

Antennae serratae.

Alae incumbenti-deflexae; *anticae* supra utrinque in medio litura brevis atra, loco stigmatis posterioris puncta nigra circiter quinque circulum formantia; in ipso margine puncta nigra obsoleta.

NOCTUA *ligustri:* cristata alis deflexis fusco virescentique variis, nigro subundatis: macula magna postica albida. Fabr. Mant. 2. p. 172.

NOCTUA *templi:* cristata alis deflexis obscure virescentibus: strigis undatis maculisque ordinariis flavescentibus.

Noctua *lucipeta?* Fabr. Mant. Inf. 2. p. 169.

Habitat in Hallandia. Doct. OSBECK.

Magnitudine N. *psi.*

Antennae filiformi-ſetaceae, longitudine capitis et thoracis.
Thorax criſtatus, fuſco-vireſcens.
Alae deflexae; *anticae* ſupra vireſcentes ſtrigis undatis tribus vel quatuor obſoletis, maculisque ordinariis flaveſcenti-cinereis, quarum anterior minima, poſterior reniformis. *Poſticae* cinereae faſcia fuſca. Omnes ſubtus cinereo-flaveſcentes faſcia media fuſca.
Pedes cineraſcentes, hirſuti.
NOCTUA *fontis:* alis deflexis nigris, anticis margine poſtico cinereis, punctis lineaque apicis nigris. Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 72. c. fig.
Habitat in Hallandia. Doct. OSBECK; in Vermelandia. Lic. HOLMER.
Magnitudine et facie Pyralidis majoris.
Palpi porrecti.
Antennae ſetaceae.
Alae deflexae; *anticae* ſupra antice brunneae, poſtice albidae: macula apicis obliqua, analis anguli, marginis exterioris et punctis minutis fuſcis. *Poſticae* ſupra fuſcae; *ſubtus* omnes cinereae faſcia fuſca.
NOCTUA *cordigera:* criſtata alis anticis nigris: faſciis undatis ſtigmateque albis; poſticis flavis margine nigro. Muſ. Acad. Upſ. P. 6. p. 72. cum figura.
Habitat in Suecia meridionali. Lic. HOLMER.
Magnitudine inter minores.
Antennae ſetaceae.
Caput et *thorax* criſtatus nigra.
Alae deflexae: *anticae* utrinque nigrae; baſi macula marginalis, quadrata, albida; pone medium macula reniformis, alba; margo cineraſcens faſcia fuſca: *ſubtus* macula albida. *Poſticae* flavae margine late fuſco utrinque,

PHA-

PHALAENA *fuscaria:* pectinicornis alis omnibus fuscis, anticis lunula nigra.

Magnitudine P. *chaerophyllatam* paulo superat.

Antennae setaceae, pectinatae, radiis duplici serie brevibus, fuscis.

Alae omnes planae, fuscae: *anticae* in medio lunula nigra, margine cinereo maculato. *Posticae* dilutiores puncto obsoleto in medio; intra marginem fuscae, margine cinereo. *Subtus* concolores, dilutiores, puncto centrali obsoleto.

PHALAENA *circularia:* alis dentatis ferrugineis: fascia saturatiore; anticis margine maculis duabus lunulaque albis.

Habitat in Suecia. D. GEDNER.

Facies omnino P. *syringariae*, sed paulo minor.

Antennae pectinatae.

Corpus cinereo-ferrugineum, glabrum.

Alae planae, omnes dentatae, ferrugineae maculis obsoletis albis; fascia saturatior in formam circuli, angusta. In margine extimo maculae subtriangulares albae et prope apicem lunula alba. *Subtus* concolores.

PHALAENA *vittaria:* alis fuscis: fasciis duabus nigris repandis. Mus. Acad. Upf. P. 6. p. 74. cum figura.

Habitat in Gestricia. D. PRINTZ.

Magnitudo P. *Wawariae*, tota cinereo-fusca.

Antennae pectinatae, attenuatae.

Alae fuscae, patentes: *anticae* fasciis duabus undulatis nigris, altera ante, altera pone medium. *Margo* obsolete nigro-punctatus. *Subtus* omnes pallidiores, immaculatae.

PHALAENA *angularia:* alis albis nigro-irroratis: anticis puncto fasciisque tribus dentatis albis.

Habitat in Blekingia. D. RHEN.
Magnitudine P. *atomariae.*
Caput album, nigro-maculatum.
Antennae in altero sexu pectinatae, in altero filiformi-setaceae, albo-nigroque annulatae.
Corpus albidum, punctis nigris consperſum.
Alae planae; omnes albae, tenuiſſime nigro-irroratae; *anticis* punctum medium oblongum faſciaeque tres nigro-dentatae: prima ante medium, extus ramoſa: ſecunda et tertia pone medium contiguae, in medio fere anaſtomoſantes. *Ipſe* margo poſticus nigro-dentatus. *Subtus* concolores, ſed obſoletiores. *Poſticae* ſupra fere totae albae angulo ani et margine poſtico nigro-maculatis; *ſubtus* arcus punctumque nigrum.
Pedes nigri, albo-annulati.

PHALAENA *abruptaria:* alis cinereis: faſcia obliqua punctoque minutiſſimo ſuſco.
Habitat in Suecia. D. GEDNER.
Magnitudine P. *Wawariae.*
Antennae ſuſcae, ſetaceae, bipectinatae.
Caput et *thorax* cinerea.
Abdomen cinereum cingulis nigris.
Alae planae; omnes cinereae ſtrigis vix perſpicuis ſuſcis faſciatae: punctum in medio verſus marginem exteriorem minimum nigrum, inque margine poſtico tria minutiſſima: faſcia obliqua, latior, ſuſca, ab apice ad apicem oblique ducta, in anticis ſubabrupta. *Poſticae* magis nigro-ſtriatae ante faſciam latam. *Subtus* punctum in medio ſtrigaque punctorum nigrorum.

PHALAENA *ſordaria:* alis albis ſuſco-irroratis: ocello faſcia margineque punctato-nigris.

Habi-

Habitat in Geſtricia. PRINTZ.
Magnitudine P. *Atomariam* ſuperat.
Antennae cinereae, bipectinatae, ſetaceae.
Caput, *thorax*, *abdomen* cinerea.
Alae planae; omnes ſordide albae, obſolete fuſco-irroratae; ocellus coecus in medio verſus marginem exteriorem: in margine extimo maculae binae: pone medium faſcia obſoleta, undulata: in margine poſtico faſcia e punctis circiter ſeptem nigris. *Subtus* concolores, ſed obſoletius fuſco-undulatae.
Similis P. *punctariae* et *pendulariae;* ſed major et ſordide alba.

PHALAENA *zonata:* alis albis: faſcia baſeos apiceque nigris; poſticis niveis.
Habitat in Uplandia. D. DELÉN; in Weſtrogothia. P. BJERKANDER.
Magnitudine P. *Atomariae* vel paulo minor.
Antennae filiformi-ſetaceae.
Thorax et *Abdomen* fuſco-alba.
Alae planae, omnes albae; *Anticae* ſupra prope baſin faſcia nigra et margo poſticus late niger. *Limbus* late albus, punctis minutiſſimis nigris irroratus. *Poſticae* niveae. *Subtus* omnes albae puncto fuſco.

PHALAENA *cognata:* alis fuſcis: baſi faſcia lata media punctoque fuſcis.
Habitat in Suecia meridionali.
Magnitudo et facies omnino P. *juniperatae*, cui ſimillima, licet diverſa.
Antennae ſetaceae, uti totum corpus cinereae.
Alae deflexo-planae, omnes fuſceſcentes: *Anticae* ſupra prope baſin litura transverſa, pone hanc alia dentata, pone medium alia dentata, inter quas litura brevis et in apice litura

transversa nigra. *Subtus* omnibus in medio arcus fuscus cum puncto minuto.

PHALAENA *arundinata:* alis basi albis fascia nigra; apice nigris, fascia undata alba.
Habitat in Vestrogothia. D. GYLLENHAL.
Paulo minor P. *lemnata.*
Alae planae: *anticae* supra basi albae fascia in medio fere alae fusca obsoleta; a medio ad apicem nigrae, fascia undata, et striga intra apicem alba. *Posticae* totae, uti et omnes subtus, albae ultimo apice obsolete fusco.
Abdomen albidum.

PHALAENA *corylata:* alis cinereo-albis fasciis subternis dentatis punctoque fuscis.
Habitat in Finlandia. D. HAST; in Vestrogothia P. BJERKANDER.
Magnitudine P. *tristatae* et similitudo P. *juniperatae*, licet major et diversa.
Antennae filiformi-setaceae, cinereae.
Corpus album, nigro-irroratum.
Alae planae; *anticae* supra albidae vel fuscescentes; fasciae tres distinctae, latae: prima in basi striga alba divisa: secunda in medio, extus latior, dentata, in qua punctum nigrum: tertia in apice strigis variis undatis albis notata. *Posticae* albae apice fuscescentes. *Subtus* omnes albidae fascia punctoque nigris.

PHALAENA *flavofasciata:* alis albis: fasciis duabus flavescentibus litura albida divisis.
Magnitudo P. *tristatae.*
Antennae filiformi-setaceae, cinereae.
Thorax et *abdomen* cinereo-albida.
Alae planae, omnes albae; *Anticae* supra fascia obsoleta prope basin; in medio fascia lata, dentata, extus latior, flavicans; intra apicem fascia

fascia flavescens, dentata, litura undata alba terminata. *Margo* posticus albo-flavoque dentatus. *Posticae* albae. *Subtus* omnes bifasciatae.

PHALAENA *pupillata:* alis fuscis medio ferrugineis: strigis undatis albis, ocello duplici, altero pupillato.

Phalaena pupillata. Mus. Acad. Upf. P. 6. p. 75.

Habitat in Gestricia. D PRINTZ.

Magnitudine Phalaenae *atomariae*.

Alae plano-patentes. *Anticae* nigrae, medio subferrugineo-fuscae: strigis pluribus undato-dentatis albis, quarum tres imprimis magis exstantes; apice fuscae striga e punctis albis obsoleta; margo posticus albo-maculatus. In medio ocelli duo, quorum extimus pupillatus. *Posticae* basi albae, fusco-undulatae, apice nigrae striga alba margineque albo-maculato. *Subtus* omnes concolores.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS V.

D. 10. MAJI 1794.

RESP.
ISAACUS HAIJ.

HISTER AENEUS: elytris basi striatis apice punctatis. Fabric. Syst. Entom. p. 53. Mant. inf. vol. I. p. 33.
Habitat in Suecia. Notar. Delén.
Semine Secalis latior et paulo brevior, totus ater, nitidus.
Thorax politus lateribus papillosis.
Elytra polita basi, apice et lateribus papillosa seu punctata; stria unica juxta suturam et in margine exteriori tres brevissimae, tenuissimae,

HISTER ELONGATUS: piceus lineari-oblongus, elytris striatis.
Hister oblongus Fabric. Entom. System. p. 75.
Hister paralellipipedus. Herbst.
Habitat in Suecia meridionali.
Magnitudine et forma similis H. *ferrugineo*, sed totus piceus, nitidus, depressiusculus.
Antennarum clava ferruginea.

Ely-

Elytra apice et pedes imprimis picei.
Striae Elytrorum Sex, longitudinales.

HISTER DEPRESSUS: depreſſus, ater, nitidus elytris extus ſtriatis. Fabric. Mant. inſ. vol. I. p. 32. Entom. Syſt. p. 74.

Habitat in Suecia.

Statura et magnitudine H. *ferruginei*, ſed magis depreſſus, totus ater, nitidus, pedibus et antennarum clava piceis.

Striae Elytrorum tres in ſingulo margine externo, intra apicem deſinentes.

HISTER PUNCTATUS: piceus elytris obſolete ſtriatis, pedibus ferrugineis.

Habitat in arenoſis Weſtrogothiae tempore vernali. Gyllenhal.

Magnitudine dimidia Tritici ſeminis.

Corpus totum laeve, piceum, quadratum.

Pedes magis rufeſcentes.

Striae Elytrorum quatuor, obſoletae, breviſſimae, vix dimidiam elytrorum longitudinem attingentes.

HISTER FLAVICORNIS: ater, convexus, elytris oblongis laeviſſimis, antennarum clava ferruginea.

Hiſter flavicornis *Herbſt.*

Habitat in Blekingia D. Gedner et Rhén: In Smolandia ſub cortice pinuum emortuorum Sam. Törner. In Suecia Printz.

Magnitudine parum excedit H. *pygmaeum.* totus oblongus, convexus, nitidus, laeviſſimus absque ſtriis, ater, ſola clava antennarum ferruginea.

Pedes picei.

HISTER GLABRATUS: ſupra aeneo-niger nitens, ſubtus ater, elytris ſtriato-punctatis. Fabric. Entom. Syſt. p. 73.

Magni-

Magnitudine H. unicoloris mediocris, totus glaber, ſupra nitidus, aeneus, convexus.
Caput, Thorax, Elytra aeneo-nigra.
Abdomen et pedes atri.
Thorax valde marginatus.
Elytra punctato-ſtriata, abdomen fere aequantia, truncata.
Striae punctatae plures, tenuiſſimae.

HISTER ABBREVIATUS: ater elytris ſtriatis: inferioribus ſtriis abbreviatis. Fabric. Entom. Syſt. p. 75.
Corpus H. *unicolore* quadruplo minus, totum atrum, nitidum, pedibus paulo magis piceis.
Thorax marginatus.
Elytra in ſingulo margine externo ſtriata ſtriis tribus longitudinalibus: has inter et ſuturam utrinque ſtriae duae abbreviatae, ſic ut ab apice vix ad medium Elytri verſus ſuperiora ducantur.

HISTER QUADRISTRIATUS: ater, nitidus pedibus piceis, elytris baſi ſtriis quatuor abbreviatis poſtice punctatis.
Habitat in Blekingia. RHEN.
Magnitudine fere H. *brunnei*, totus ater, nitidus, pedibus apiceque Elytrorum piceis.
Thorax tenuiſſime punctatus.
Elytra tenuiſſime punctata, baſi et margine exteriori ſtriis quatuor obliquis abbreviatis.

HISTER CAESUS: niger thorace ſulco transverſo, antennis ferrugineis. Fabric. Entom. Syſt. p. 77.
Habitat in Weſtrogothia GYLLENHAL.
Pulice minor, niger ſeu piceus, politus.
Thorax transverſim ſulcatus.
Elytra absque ſtriis.
Similis D. pſyllii.

HISTER

HISTER FERRUGINEUS: ferrugineus, oblongus elytris ſtriatis.
Habitat in Nericia Smaraeus. In Weſtrogothia GYLLENHAL. in Germania Schneider.
Magnitudine fere H. *depreſſi*, lineari-oblongus, totus ferrugineus, glaber.
Elytra tenuiſſime ſtriata: ſtriis ſex longitudinalibus.
Differt ab H. *brunneo*: 1. quod oblongus.
2. elytris magis abbreviatis.
HISTER SINUATUS: ater, elytris macula media lunata rubra. Fabric. Entom. Syſt. p. 75.
Hiſter 4 maculatus Linn. Fn. Suec. p. 147. n. 443. α.
Magnitudine H. *unicoloris*, totus excepta macula elytrorum lunata rubra, ater, nitidus.
Thorax marginatus ſtria intra marginem.
Elytra margine utrinque ſtriis tribus longitudinalibus, valde abbreviata.
ELOPHORUS NUBILUS: griſeus thorace elytrisque ſulcato-rugoſis. Fabric. Spec. Inſ. p. 77. Mant. p. 43.
Habitat hic inde in domibus.
Dimidio minor E. *aquatico*, cui valde ſimilis et cujus forſan mera varietas.
ELOPHORUS FLAVIPES: niger thorace ſulcato, elytris ſtriatis pedibusque teſtaceis. Fabric. Entom. Syſt. p. 205.
Satis vulgaris in aquis Uplandiae et aliarum Provinciarum.
Decuplo minor E. *aquatico*, cui ſimillimus.
Thorax ſulcatus, cinereus, fuſcus vel viridi-aeneus.
Elytra teſtacea, punctato-ſtriata, plerumque maculis duabus vel tribus fuſcis.
Pedes pallidi.

ELOPHO-

ELOPHORUS ELONGATUS: niger, thorace punctato, elytris porcatis. Fabric. Entom. Syst. p. 204.

Magnitudine E. flavipedis seu pulicis, totus niger, thorace interdum virescente.

Thorax foveis 5 impressis.

Elytra costis elevatis notata, interque has lineae duae punctorum impressorum.

ANTHRENUS VERBASCI: niger elytris fasciis tribus undatis albis. Fabric. Entom. Syst. p. 264.

ANTHRENUS PIMPINELLAE: niger elytris fascia alba apice ferrugineis: litura alba. Fabric. Entom. Syst. p. 263.

OPATRUM SULCATUM: nigrum thorace laevi, elytris striatis.

Opatrum agricola. Fabr. Entom. Syst. p. 91.

Pediculo majus, subcylindricum, fusco-ferrugineum.

Thorax laevis, marginatus.

Elytra postice deflexa, obtusa, sulcata sulcis punctatis.

Antennae et pedes rufescentes.

BYRRHUS ATER: oblongus, niger immaculatus. Fabric. Entom. Syst. p. 85.

Magnitudine et facie B. *pilulae*, sed totus sordide niger, laevis, glaber, immaculatus.

Striae elytrorum tenuissimae, obsoletae.

BYRRHUS VARIUS: viridi-aeneus, elytris lineis abruptis atris.

Magnitudine Coccinellae 2-punctatae, totus fusco-cinereus, nitens.

Thorax fusco-aeneus, immaculatus.

Elytra viridi-aenea lineis pluribus interruptis atris.

BYRRHUS PULVERULENTUS: fusco-ferrugineus, tomentosus elytris lineis abruptis nigris.

Duplo

Duplo minor B. *vario*, totus imprimis ſupra tomentoſus, fuſcus.

Elytra notata ſunt lineolis abruptis nigris.

BYRRHUS MINUTUS: ater pedibus rufeſcentibus.
Habitat in Suecia. Capit. PFEIF.
Pediculi magnitudine totus ater, nitidus, pedibus rufeſcentibus.
Elytra tenuiſſime et vix conſpicue ſtriata.

BYRRHUS CINCTUS: fuſco-ferrugineus, thorace nigro-maculato, elytris faſcia undata nigra.
Magnitudine et ſtatura B. pilulae, totus ſubtus piceus, ſupra fuſcus flaveſcenti-tomentoſus.
Thorax in medio punctis aliquot nigris confluentibus maculatus.
Elytra tenuiſſime ſtriata, coſta nigra et in medio faſcia communis undata nigra, nullibi marginem exteriorem attingens.

BYRRHUS FASCIATUS: tomentoſus fuſcus, elytris faſcia undata rufa. Fabric. Entom. Syſt. pag. 85.
Magnitudine fere B. *pilulae* et ſumma ſimilitudine, etiam lineolis obſoletis abruptis nigris, totus tomentoſus, fuſcus.
Elytra in medio dorſi faſcia transverſa albida vel rufeſcente, margines exteriores attingente.
Thorax vel fuſcus, vel albidus macula fuſca.

BYRRHUS DORSALIS: tomentoſus, nigricans elytris macula communi rufeſcente. Fabric. Entom. Syſt. p. 85.
Duplo minor B. pilula, totus tomentoſus, fuſcus.
Thorax ferrugineo-maculatus.
Elytra in medio dorſo macula ſublunata rufeſcente, punctis albis cincta.

BYRRHUS ALBO-PUNCTATUS: tomentoſus, niger elytris in medio faſciatis ex ordine duplici undulato punctorum alborum.
Magnitudine B. dorſalis ejusque ſumma ſimilitudine, totus tomentoſus, niger.
Thorax obſolete ferrugineo-variegatus.
Elytra in medio dorſo notantur arcu bis lunulato ex ſerie duplici punctorum alborum minutiſſimorum.

NITIDULA PUSILLA: fuſca, thoracis dorſo, faſcia elytrorum, antennis pedibusque rufis.
Magnitudine et ſtatura N. *colon*, laevis, fuſca.
Antennae et pedes toti ferruginei.
Thorax rufus margine tenuiſſime nigro.
Elytra fuſca plaga rufa, ſeu rufa margine exteriori, apice et regione ſcutelli fuſcis, truncata, abdomine breviora.

NITIDULA AENEA: viridi-aenea antennis pedibusque nigris. Fabric. Entom. Syſt. p. 261.
Habitat in Blekingia. RHEN.
Pulice vix major, exceptis antennis et pedibus nigris tota viridis, polita, laeviſſima.

NITIDULA VIRIDESCENS: viridi-aenea pedibus rufis.
Omnino ſimilis praecedenti, exceptis ſolis pedibus rufis.
Forſan prioris ſola ſexus varietas.

NITIDULA 4-GUTTATA: fuſca elytris quadriguttatis.
Magnitudine N. *colon*, tota fuſca, laevis.
Thoracis margo exterior vix manifeſte pallidus.
Elytra truncata, abbreviata, nigra: macula flava, parva in coſta et alia major, ſubtransverſa intra apicem.
Pedes et antennae flaveſcentes.

NITI-

NITIDULA 10-GUTTATA: fuſca thoracis margine elytrorumque maculis decem pallidis. Fabr. Ent. Syſt. p. 258.

Habitat in Blekingia. RHEN.

Inter minores ſeu minor N. 2-puſtulata tota glabra fuſca.

Thorax marginalibus lateralibus et puncto baſeos flavis.

Elytra margine flaveſcentia, absque ſtriis tenuiſſime ſubpunctata, maculis in ſingulo quinque pellucidis, 2. 1, 2 flaveſcentibus.

NITIDULA OBSCURA: nigra, opaca pedibus pallidis. Fabric. Entom Syſt. p. 255.

Silpha ruſipes? Linn. Syſt. p 573.

Inter minores, vix pediculo major, tota ſupra fuſca laevis, opaca, pedibus pallidis.

NITIDULA VILLOSA: pubeſcens, ferruginea elytris laevibus.

Habitat in Finlandia TÖRNER.

Magnitudine et ſumma affinitate N *Pubeſcentis*, tota ferruginea et tenuiſſime pubeſcens, laevis absque ſtriis Elytrorum, punctis impreſſis vix conſpicuis.

NITIDULA MARGINATA: ſulcata thorace margine, elytris margine diſcoque maculis ferrugineis. Fabr. Entom. Syſt. p. 256.

Habitat in Kinnekulle. Gedner.

Inter majores, magnitudine Cimicis, tota ferruginea et tenuiſſime villoſa.

Thorax in medio nigro maculatus.

Elytra ſulcata atomis variis atris.

Similis valde N. *verbaſci*, ſed villoſa et quadruplo major, elytris ſulcatis.

NITIDULA LIMBATA: nigra thoracis elytrorumque margine ferrugineis.

Habitat Calmariae. Magiſt. Wahlbom.

Inter minores, vix pulice major, oblongiuſcula, laevis, fuſca.

Thoracis margo, elytrorum limbus exterior et pedes ferruginei.

NITIDULA VERBASCI: fuſca, laevis thoracis elytrisque margine lineola baſeos faſciaque apicis fulvis.

Nitidula ſtrigata. Fabr. Entom. Syſt. p. 257.

Media ſeu magnitudine Coccinellae 2-punctatae laevis, fuſca.

Thoracis margo anticus et laterales flaveſcentes.

Elytra margine flava absque ſtriis; prope baſin lineola flexuoſa et punctum minutum, intra apicem faſcia flexuoſa flava.

Pedes flaveſcentes.

NITIDULA SORDIDA: laevis, fuſca thoracis margine elytrisque maculis ſparſis ferrugineis. Fabr. Entom. Syſt. p. 258.

Habitat in Kinnekulle. Gedner.

Paulo minor N. *marginata*, tota fuſca, opaca, laevis absque ſtriis et vix manifeſte villoſa.

Thoracis margo ferrugineus, pellucens.

Elytra notantur maculis aliquot ſparſis rufis.

Similis N. *Marginatae*, ſed laevis, tota fuſca et minor.

SILPHA GRANULATA: atra thorace antice truncato, elytris punctatiſſimis: lineis tribus elevatis abbreviatis.

Habitat in Suecia. Pfeiff.

Magnitudine S. *atratam* ſuperat, tota atra.

Thorax antice truncatus, vix exciſus, poſtice lobato-rotundatus, tenuiſſime punctatus.

Ely-

Elytra rotundata, frequentiſſime punctata, coſtis tribus elevatis politis laevibus apicem non attingentibus, exteriori breviori.
Os rufeſcens.

SILPHA LAPPONICA: atra thorace pectoreque albo-tomentoſis, elytris clathratis.
Habitat in Lapponia Doct. LILJEBLAD.
Statura et magnitudine S. *ruogſae* vel paulo major, tota atra.
Caput, pectus et thorax tomentoſa villo albido.
Thorax exciſus, poſtice rotundatus, punctis nigris in tomento translucentibus.
Elytra poſtice parum exciſa, in medio coſtis tribus elevatis integris abbreviatis, inter quas ſeries quadruplex nodorum elevatorum.
Abdomen fuſcum tomento vix conſpicuo.

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS VI.

D. 3. DEC. 1794.

RESP.

SAMUEL KINMANSON.

SILPHA SINUATA: atra thorace ſcabro, elytris poſtice ſinuatis. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 252.

Magnitudine media, tota atra, depreſſiuſcula, opaca.

Caput cinereo-pubeſcens.

Thorax nodis elevatis ſcaber, tenuiſſime pubeſcens.

Elytra glabra, lineis tribus elevatis coſtata, apice extus ſinu excavata.

HYDROPHILUS ORBICULARIS: ſubrotundus, ater, glaber. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 184.

Duplo minor H. *Scarabaeoide*, et magis globoſus, totus aterrimus, laevis, politus.

HYDROPHILUS TRUNCATELLUS: ovatus, ater thoracis margine poſtico ferrugineo, elytris abbreviatis.

Habitat in Veſtro Gothia. GYLLENHAL.

Magni-

Magnitudine pulicis, oblongus, totus laevis ater, antennis, angulo poſtico thoracis pedibusque piceis.
Elytra truncata, abdomine breviora.
Facies Gyrini, ſed antennae perfoliatae.

HYDROPHILUS AFFINIS: ovatus luridus, thorace fuſco.
Habitat Upſaliae; in Veſtro-Gothia. GYLLENH.
Magnitudine pediculi, ovatus, convexus, laevis, totus luridus capite thoraceque nigris.

HYDROPHILUS BICOLOR: ovatus, ſupra flavescens, ſubtus ater. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 184.

DYTISCUS PORCATUS: oblongus, niger thoracis elytrorumque margine externo flavo, elytris ſulcatis glabris.
Habitat in Uplandiae aquis, rarior.
Paulo minor D. *marginali*, ſed major D. *ſulcato*, totus glaber, niger, exceptis marginibus thoracis et elytrorum lateribus flavis.
Elytron ſingulum 10-ſulcatum, ſulcis glabris abbreviatis.
Differt a D. *marginali* thorace, cujus latera tantum externa flaveſcunt.

DYTISCUS FUSCUS: fuſcus, thoracis margine flavo, elytris transverſe ſubtiliſſime ſtriatis. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 189.
Magnitudine fere D. *ſtriati*, a quo differt inprimis ſtriis elytrorum longe tenuioribus, et thorace magis fuſco.

DYTISCUS AGILIS: niger, ore thorace elytrorum margine pedibusque ferrugineis. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 194.
Habitat in aquis Uplandiae, et alibi vulgaris.
Unguem longus et planus, fuſcus.

Thorax ferrugineus, poſtice parum niger.
Elytrorum margo exterior ferrugineus.

DYSTICUS NOTATUS: fuſcus thorace flavo: punctis quatuor nigris, elytrorum ſtria ſuturali tenuiſſima. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 195.

Habitat cum priori, vulgaris.
Ejusdem magnitudinis et ſtaturae cum D. *agili*, cui valde ſimilis.
Thorax ruber, punctis quatuor nigris transverſis, quorum intermedia ſaepe coalita.

DYTISCUS BIPUNCTATUS: ater thorace flavo: punctis duobus nigris, elytris flavo fuſcoque variis Fabric. Ent. Syſt. I. p. 192.

Magnitudine et ſtatura D. *agilis*, laeviſſimus.
Thoracis puncta duo transverſa.
Elytra flaveſcentia, fuſco-irrorata.

DYTISCUS FENESTRATUS: ſupra ater, ſubtus ferrugineus, elytris maculis duabus albidis. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 192.

Habitat in Uplandiae aquis, vulgaris.
Magnitudine dimidia D. *ſtriati*, convexus, politus, ſupra aterrimus, ſubtus piceus.
In baſi capitis puncta duo rubra.
Maculae duae albae in ſingulo elytro, altera fere in medio prope marginem exteriorem linearis, altera intra apicem lunulata.

DYTISCUS FULIGINOSUS: ater capite punctis duobus ſanguineis, thoracis elytrorumque lateribus flaveſcentibus. Fabr. Entom. Syſt. I. pag. 191.

Magnitudine et ſtatura D. *feneſtrati* et *uliginoſi*, quibus valde ſimilis, ater, politus.
Caput ore et punctis duobus rubris.
Thoracis Elytrorumque margines laterales albido-flaveſcentes.

DYTIS-

DYTISCUS CONGENER: ater elytris piceis, margine pallidiore.
Habitat in aquis Uplandiae, vulgaris.
Duplo minor D. *uliginoſo*, oblongus, politus.
Caput atrum punctis duobus ſanguineis.
Thorax ater, immaculatus.
Elytra fuſca ſeu picea margine pallidiore, immaculata.
DYTISCUS PLANUS: oblongus, depreſſus, piceus tibiis rufis. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 195.
Habitat in Uplandiae aquis; Calmariae WAHLBOM.
Magnitudine vix ſeminis Oryzae, depreſſus, oblongus, politus, fuſcus ſeu piceus, margine elytrorum parum pallidiore.
Tibiae rufeſcentes, femoribus piceis.
DYTISCUS NIGRITA: ater antennis pedibusque ferrugineis. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 201.
Inter minimos, vix pediculo major, oblongus, convexus, ater, politus.
Antennae et pedes rufeſcentes.
DYTISCUS PICIPES: niger thorace flavo-maculato, elytris flavo-lineatis. Fabr. Entom. Syſt. I. pag. 196.
Habitat in Uplandiae aquis. DOM. DILLEN.
Magnitudine Seminis Oryzae, oblongus, totus fuſcus vel niger.
Thorax maculis flavis ſparſis.
Elytra margine lineisque plurimis, tenuiſſimis, abruptis flaveſcentibus.
DYSTICUS LINEATUS: ferrugineus elytris fuſcis: lineis flavis obſoletis. Fabric. Entom. Syſt. I. pag. 200.
Inter minimos magnitudine vix pulicem ſuperat, ovato-oblongus, convexus, totus ferrugineus.
Elytra fuſca lineis flaveſcentibus, diaphanis, obſoletis, in ſingulo circiter quatuor, quarum

exterior intra marginem longitudine elytri; reliquae breviores.

DYTISCUS IMPRESSUS: flavescens, elytris punctis impressis subocellaribus. Fabr. Entom. Syst. I. pag. 199.

Inter minores, magnitudine pediculi, oblongus, antice angustior, convexus, flavescens.

Elytra flavescenti-fusca, pulcherrime striata, punctis nigris impressis subocellaribus.

DYTISCUS DORSALIS: oblongus, niger, capite thoracis margine elytrorumque puncto baseos et margine rubris. Fabric. Ent. Syst. I. p. 196.

Magnitudine seminis Oryzae, oblongus, niger.

Rubra sunt os, margines thoracis et elytrorum, puncta duo transversa in thorace, et punctum unicum distinctum, rotundum in singuli elytri basi.

IPS SANGUINICOLLIS: atra thorace elytrorumque maculis duabus pedibusque rufis.

Mycetophagus Sanguinicollis. Fabr. Entom. Syst. I. p. 498.

Habitat in Vestro-Gothia, CAPIT. GYLLENHAL.

IPS 4-MACULATA: oblonga, atra elytris striatis: maculis quatuor rubris.

Habitat in Vestro-Gothia, GYLLENHAL; in Scania, QUENSEL.

Magnitudine et statura I. 4-*pustulatae*, tota atra.

Elytra punctato-striata, maculis quatuor sanguineis, ut in 4-*pustulata*.

IPS FUNGORUM: ovata, punctata thorace flavo, capite elytrisque violaceis.

Tetratome fungorum. Fabr. Ent. Syst. I. p. 507.

Habitat in Scania, QUENSEL.

Paulo minor I. *haemorrhoidali*, cui valde similis, ovata, subcylindrica, punctata.

Caput

Caput nigro-violaceum.
Thorax et pectus rufescentia.
Abdomen postice et pedes picei.
Elytra absque striis violacea.

DERMESTES CARNIVORUS: niger, elytris antice testaceis, abdomine albo. Fabr. Ent. Syst. I. p. 55. Mant. p. 34.
Habitat Upsaliae.

DERMESTES TRIFASCIATUS: ovatus, niger elytris fasciis tribus undatis cinereis. Fabr. Entom. Syst. I. p. 228.
Habitat in Suecia. CAPIT. PFEIFF.
Magnitudine D. *pellionis*, facie omnino Anthreni.
Thorax postice cinereus.
Elytra fasciis tribus undatis, et puncto apicis cinereis, villosis notantur.

DERMESTES ATOMARIUS: niger, elytris punctis fasciaque postica fulvis.
Mycetophagus atomarius. Fabr. Entom. Syst. I. pag. 498.
Valde similis D. *maculato*, cujus forsan sola varietas; totus ovatus, convexiusculus, tenuissime subvillosus, totus fusco-niger.
Elytra postice fascia flexa, saepe ex tribus punctis flavis constans, apice puncto et majori in basi praeter tria vel quatuor in medio sparsa, remota.
Pedes flavescentes.

DERMESTES MULTIPUNCTATUS: niger elytris punctis numerosis fulvis.
Mycetophagus multipunctatus. Fabr. Entom. Syst. I. p. 498.
Ips atomaria. Mus. nat. p. 116.
Ovato-oblongus, ater, convexus, punctis plurimis elytrorum inaequalibus, saepe confluentibus, pellucidis, flavis.

DER-

DERMESTES BICINCTUS: niger, elytris faſciis duabus punctoque apicis ferrugineis.
Mycetophagus 2-faſciatus. Fabr. Entom. Syſt. I. pag. 500.
Culice vix major, laevis, ater.
Elytra in baſi faſcia ex punctis tribus ſaepe diſtinctis, alia pone medium et puncto apicis fulvis, diaphanis.
DERMESTES 4-MACULATUS: niger elytris punctis duobus rufis.
Mycetophagus 4-maculatus. Fabr. Ent. Syſt. I. pag. 497.
Habitat in Suecia, DELEN
D. *maculato* minor, convexus, fuſcus, antennis pedibusque pallidioribus.
Elytra fuſca, ſubſtriata, punctis duobus in ſingulo flavis, altero in coſta, altero intra apicem.
DERMESTES PUNCTATUS: niger, politus elytris baſi thoraceque rufis.
Mycetophagus punctatus. Fabr. Entom. Syſt. I. pag. 499.
Magnitudine et facie D. *maculati*, convexus, niger.
Thorax piceus ſeu rufeſcens.
Elytra nigra, baſi rufa raro intra apicem puncto rufo.
Pedes rufeſcentes.
DERMESTES NIGRICORNIS: flavus antennis fuſcis.
Mycetophagus nigricornis. Fabr. Entom. Syſt. I. pag. 499.
Tenebrio pallens? Linn. Faun. Suec. p. 225.
Habitat Upſaliae; in Blekingia. Dom. RHEN.
Magnitudine Seminis Oryzae, totus flavo-teſtaceus, convexus, laevis, oculis ſolis nigris.
DERMESTES TESTACEUS: oblongus, ferrugineus abdominis baſi oculisque nigris. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 233.

Paulo

Paulo minor D. *nigricorni*, convexus, ferrugineus totus, exceptis oculis baſique abdominis nigris.

DERMESTES MACELLARIUS: niger, glaber pedibus piceis. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 228.

Habitat Upſaliae in domibus et feneſtris.

Simillimus D. *pellioni* ſed absque punctis albis elytrorum; totus ater pedibus, inprimis tibiris, antennis et ore fuſcis ſeu piceis.

Forſan ſola varietas D. *pellionis*.

DERMESTES FUMATUS: oblongus, tomentoſus, cinereo teſtaceus oculis nigris.

D. *Fumatus* et tomentoſus. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 231 et 232.

Vulgaris in Uplandia et alibi, in hortis.

Corpus oblongum, convexum, totum pilis teſtaceis virescenti-fuſcis tectum, magnitudine ſeminis Oryzae.

Oculi ſoli nigri.

Utraque ſpecies Fabricii non niſi varietates ſunt vel ſexu differunt.

DERMESTES FIMETARIUS: oblongus, niger, nitidus, pedibus ferrugineis. Fabric. Entom. Syſt. I. p. 231.

Pulice minor, elytris poſtice piceis.

DERMESTES UNIDENTATUS: oblongus, teſtaceus thorace unidentato. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 232.

Habitat vulgaris ſaepe in domibus.

DERMESTES LONGICORNIS: oblongus, fuſcus thorace fovea impreſſa.

Habitat in domibus.

Similis priori magnitudine pediculi, fuſcus.

Thorax in medio fovea impreſſa.

Elytra et thorax vel fuſca vel picea.

DERMESTES CORDATUS: oblongus, fuſcus thorace triſulcato.

Tene-

Tenebrio minutus?. Linn. Syst. p. 675.
Pulice minor, fuscus.
Thorax obcordatus angulis anticis acutis, trisulcatus, marginibus elevatis.

DERMESTES CELLARIS: ovatus. fuscus thorace crenato. Fabr. Entom. Syst. I. p. 234.
Habitat Upsaliae; in Vestmannia HALL; in Blekingia, RHEN.
Magnitudine pulicis oblongus, laevis, fuscus vel testaceus.
Thorax rufescens, interdum subcrenatus.
Elytra quandoque basi rufescunt.

DERMESTES SERRA: ater antennis flavis: clava serrata. Fabr. Entom. Syst. I. p. 234.
Habitat Upsaliae et alibi; in Blekingia, RHEN.
Magnitudine seminis oryzae, ovatus, convexus, ater, exceptis antennis et pedibus flavis, politus.
Antennarum clava latere altero fissa, serrata.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS VII.

D. 22. DEC. 1794.

RESP.

GUST. MAGNUS WENNER.

TINEA SPARGANELLA: ferrugineo-aurea, alis punctis tribus fuscis.

Habitat in Vestrogothia, Bjerkander.

Paulo minor T. *culmellae*, cui similis, sed magis obtusa, facie Tortricis et tota aureo-ferruginea, nitens, lineis tenuibus albidis. In margine tenuiori puncta tria, fusca, saepe obsoleta, longitudinaliter digesta in singula ala. *Alae* subtus fuscae.

Palpi corniformes.

TINEA ANGULELLA: flavescenti-fusca puncto in medio alae nigro.

Habitat in Ostrogothia, Pfeif; in Vestmannia, Hall.

Magnitudine et facie T. *sparganellae*, postice obtusa et facie Tortricis, tota ferrugineo-flavescens; *margo exterior* basi fuscus et paulo pone medium in pagina media alae superioris punctum nigrum.

Palpi

Palpi porrecti.
Subtus tota pallidior.
Variat colore magis flavo vel fulvo.

TENEA ARIDELLA: flaveſcenti-cinerea linea faſciaque fuſcis.
Magnitudine et facie T. *culmellae*, tota cinerea in medio alarum linea fuſca; intra apicem faſcia flexuoſa et in ipſo margine puncta aliquot nigra. *Alae inferiores* albidae, immaculatae.

TINEA ABRUPTELLA: alis nigro-faſciatis lineatisque: linea abrupta ramoſa.
Magnitudine et facie T. *culmellae*.
Palpi porrecti, ſubtus nigri, ſupra albi.
Antennae attenuatae, corpore breviores.
Alae ſuperiores nigro-irroratae et ramoſo-lineatae; intra marginem faſcia curva et ipſe margo niger ciliis albo nigroque dentatis; in medio linea lata abrupta, alba, poſtice ramoſa inque ipſo apice macula alba. *Alae inferiores* albae, immaculatae.

TINEA FERRUGINELLA: fuſco-ferruginea, immaculata alis poſtice plicato-ſtriatis.
Magnitudine et facie T. *culmellae*, tota fuſco-ferruginea, immaculata.
Palpi porrecti, capite longiores.
Antennae parum ſetaceo-attenuatae.
Alae ſuperiores poſtice plicato-ſtriatae et margine externo pallido; *ſubtus* fuſcae marginibus pallidis.

TINEA DEALBELLA; argenteo-fuſca linea marginali mediaque ramoſa argentea nitida.
Magnitudine et facie T. *pratellae*.
Palpi porrecti, cinerei, capite longiores.
Antennae ſupra albae, ſubtus fuſcae.

Alae

Alae superiores ex argenteo-fuscae, nitentes: *margo exterior* argenteus et in medio linea, postice ramosa, ramis liberis divaricatis argenteis; *margo posticus* ciliatus, immaculatus.

TINEA HAMELLA: cinereo-fusca linea medio hamata argentea, margine postico punctato.

Magnitudine et facie T. *culmellae.*

Palpi porrecti, capite paulo longiores.

Antennae cinereae.

Alae superiores externe fuscae, dorso cinereae; in medio linea argentea, medio hamum exferens, postice abbreviata; intra marginem posticum linea fracta punctis quatuor nigris in plicis, et in ipso apice macula fusca intra maculam argenteam.

TINEA NEMORELLA: cinerea, albo-lineata puncto utrinque nigro.

Habitat in Vestrogothia, Gyllenhal et alibi.

Paulo minor *T. culmella*, alis apice caudato-divaricatis.

Palpi porrecti, spina in medio erecta.

Antennae filiformes, annulatae, longitudine dimidia corporis.

Alae cinereo-flavescentes, albo-striatae seu ad marginem externum fuscescentes lineis ramosis argenteis, dorso pallidiore. In medio dorso versus marginem tenuiorem puncta duo nigra et versus posticum plura minutissima, sparsa.

TINEA OPPOSITELLA: atra alis maculis duabus oppositis albis.

Alucita oppositella? Fabr. Ent. Syst. 3. p. 344.

Minuta alis plano-convexis, duplo minor *T. minutella* Linnaei, tota atra exceptis punctis duobus pone medium transversis in alis superio-

perioribus et annulis albis abdominis pedumque.
Palpi corniformes.
Antennae dimidio breviores alis ciliatis.
Differt a *T. minutella* colore atro et maculis albis.

TINEA FORFICELLA: ferruginea linea marginali, puncto et fascia obliqua fuscis.
Habitat in Suecia meridionali; in Ostrogothia, Westrin; in Westmannia, Stickman.
Magnitudo et facies *T. culmellae.*
Palpi porrecti, longitudine capitis et thoracis.
Antennae tenuissime pectinatae, palpis paulo longiores.
Alae superiores ferrugineae: intra marginem exteriorem linea, pone medium punctum et ab apice externo ad dorsum ducta linea obliqua fusca, ut in *P. forficali;* intra marginem posticum ciliatum puncta aliquot nigra. *Alae inferiores* albidae.

TINEA CUPRELLA: alis cupreo-aureis, capite thoraceque hirsutis, antennis longissimis.
Facie omnino *T. Frischellae*, subcylindrica.
Antennae setaceae, nigrae, apice albae, corpore duplo longiores.
Caput et thorax atra, valde hirsuta.
Alae totae cupro-aureae, nitidae, apice ciliatae.
An Alucita Cuprella? Fabric. Ent. Syst. 3. p. 342.

TINEA ERXLEBELLA: antennis mediocribus, alis anticis aureis, posticis purpureo-aureis, capite fulvo.
Alucita Erxlebella. Fabr. Ent. Syst. 3. p. 340.
Facie omnino *T. Frischellae*, sed fere major.
Antennae setaceae, fuscae, apice albidae, longitudine corporis.

Caput

Caput hirſutum, fulvum.
Thorax aureo-nitens.
Alae ſuperiores totae cupro-aureae, nitidae, margine externo verſus apicem cupreo-purpuraſcente, immaculatae, apice ciliatae; *inferiores* purpureae, auro nitentes margine imprimis extimo aureo.
Corpus nitidum.
Pedes fuſco-faſciati, nitentes.

TINEA STRIGILELLA: fuſco-aurea alis ſuperioribus faſcia argentea, capite fulvo.
Habitat in Suecia, D. Gedner.
Similis omnino *T. cinctellae*, ſed decies minor, non-atra, opaca ſed aureo-fuſca.
Caput omnino fulvum.
Alae ſuperiores poſtice et inferiores undique valde ciliatae.

TINEA SPARMANNELLA: alis auro-purpureoque variegatis nitidis. Fabr. Ent. Syſt. 3. p. 324.
Habitat in variis Sueciae provinciis.
Alae ſuperiores aureae maculis majoribus minoribusque variegatis caeruleis vel purpureis; *inferiores* fuſcae, ciliatae.

TINEA FLAVIFRONTELLA: alis anticis cinereis immaculatis, capite fulvo.
Vulgaris, pelles et plumas in domibus deſtruens cum *T. pellionella*.
An varietas *T. pellionellae*?

TINEA 4-GUTTELLA: alis nigris; punctis duobus longitudinalibus niveis.
Minuta, tota ſordida, fuſca macula alba in ſingulae. *Alae ſuperioris* medio et alia in apice.
Apices alarum uti et *inferiores* ciliatae.
Differt a *T. atrella* punctis longitudinaliter poſitis altero in medio, altero in apice alae.

TINEA 6-GUTTELLA: alis cinereis: punctis duobus aureis unoque niveo oblique transverſis.
Minuta, tota cinereo-fuſca, argenteo-nitens.
Antennae annulatae, filiformes, corpore breviores.
Alae ſuperiores apice dilatatae, erecto-exſtantes, ciliatae; in medio dorſo prope marginem interiorem macula aurea, paulo poſterius in medio alae alia aurea et pone hanc in margine exteriori macula alba; omnes parvae; Apice elevatae, ciliatae.
TINEA PENICILLA: alis plumbeis: apice penicillato-plumoſis.
Habitat in Suecia, Delén.
Minima magnitudine vix pulicis, tota ſupra plumbea, ipſo apice ciliato et fuſco.
Antennae breviſſimae.
TINEA FARINELLA: farinaceo-nivea immaculata.
Similis T. argentellae, ſed minime nitida, verum farinacea, immaculata; alis ſuperioribus ſubtus et inferioribus totis fuſcis, nitidis.
Antennae cinereae.
Abdomen et pedes fuſceſcentes.
TINEA THORACELLA: flava thorace punctis tribus alisque faſciis duabus fuſcis.
Habitat in Suecia, Delén.
Magnitudine pediculi, convoluta alis poſtice valde ciliatis.
Caput, *thorax* et *alae ſuperiores* flavae. In thorace puncta tria fuſca; in alis ſuperioribus faſciae binae, fuſcae, transverſae, altera prope baſin, altera in medio.
TINEA AUROPUNCTELLA: fuſca alis punctis tribus aureis alternantibus.
Magnitudine dupla pediculi, tota fuſca, aureo-nitens.

In

In alis ſuperioribus prope baſin faſcia transverſa aurea; in medio juxta marginem interiorem macula et alia intra apicem aurea, majuſcula.

TINEA PAYKULLELLA: alis purpureis: faſciis tribus aureis.

Habitat in Veſtrogothia, Gyllenhal.

Minuta vix *T. calthella* major.

Alae ſuperiores totae purpureae ſeu auro-rufae, nitentes, margine ciliatae; faſciis tribus aureis, transverſis; una intra baſin, altera in medio, tertia intra apicem. *Alae inferiores* fuſcae, immaculatae, ciliatae.

Pedes et abdomen fuſca uti et antennae.

TINEA BIMACULELLA: alis fuſcis: maculis duabus aureis apicis dorſalique.

Media, facie Tortricis.

Alae ſuperiores fuſcae, obſolete aureo-nitentes. Macula magna communis in medio dorſo aurea, et alia magna intra apicem.

Caput, thorax et omnia ſubtus fuſca.

TINEA GYLLENHALELLA: purpurea faſcia punctisque decem aureis.

Habitat in Veſtrogothia, Bjerkander.

Minuta, oblonga.

Caput villoſum, rufum.

Antennae purpureo alboque annulatae, corpore paulo breviores.

Thorax fuſcus, antice et loco ſcutelli flaveſcens.

Alae ſuperiores deflexae, totae purpureae ſeu brunneae, punctis minutiſſimis aureis micantes, apice ciliatae; Ante medium faſcia obliqua, communis, aurea; in medio marginis exterioris macula elongata, triangularis: in margine interiori paulo pone medium macula communis; pone hanc in margine externo

alia, linearis, et in ipso apice prope marginem tenuiorem strigae binae parvulae.
Abdomen album annulis nigris.
Pedes albi, nigro-irrorati.
Fascia prima interdum interrumpitur.

TINEA GLEICHELLA: alis planis atris: fascia media maculisque duabus oppositis argenteo-albis. Fabr. Ent. Syst. 3. p. 323.
Vix major *T. cryptella* seu inter minimas.
Alae superiores atrae: fascia in medio alba, transversa, communis; intra apicem puncta duo opposita in singula ala ut in *T. oppositella*.
Palpi corniformes.
Corpus fuscum, nitidum, uti et alae inferiores.

TINEA BLANCARDELLA: alis auratis: lineola strigisque marginalibus argenteis. Fabr. Ent. Syst. 3. p. 427. Clerk. Icon. III. fig. 8.
Habitat in Vestrogothia, Bjerkander.

TINEA FORSTERELLA: alis fusco-auratis: arcu dorsali lineolisque marginalibus quinque argenteis, apice macula atra argenteo-pupillata. Fabr. Ent. Syst. 3. p. 329.
Habitat in Vestrogothia, Gyllenhal.
Pedes nigri argenteo-annulati.
Alae inferiores fuscae.

TINEA STIGMATELLA: oblonga, alis linearibus ferrugineis: macula costali alba. Fabr. Ent. Syst. 3. p. 304.
Habitat hinc inde in pluribus provinciis.

TINEA ATRELLA: fusca, plana tota nigro-irrorata, alis ciliatis, subtus albida. Mus. P. 6. pag. 78.
Inter minores. Tota supra atra, albido-irrorata; *subtus* albidior, nitida.

Anten-

Antennae filiformes, corpore breviores, albo-annulatae.
Palpi corniformes.
Alae superiores planae, apice ciliatae, tenuissime irroratae nigro-alboque, apice subpunctato.
Omnia subtus albida, fusco-irrorata, nitidiuscula.

TINEA ATROPUNCTELLA: nigra, punctis alarum sex atris. Mus. P. 6. p. 78.
Magnitudo, statura et facies *T. Evonymellae*, tota nigra punctis tribus atris in singulo elytro longitudinaliter positis, excepto abdomine postice flavescente.

TINEA OBSCURELLA: alis obscure fuscis nitidulis immaculatis. Fabr. Ent. Syst. 3. p. 312.
Habitat in Vestrogothia, GYLLENHAL.

TINEA VIDUELLA: alis atris: fasciis albis media abrupta, capite thoraceque albis. Fabr. Ent. Syst 3. p. 299.
Habitat in Sueciae pluribus provinciis, etiam meridionalibus.
Palpi corniformes, albi.
Antennae nigrae.
Caput niveum.
Thorax albus maculis atris.
Alae atrae fasciis tribus albis, prima et ultima obliquis, media abrupta; margo ciliatus albus; *inferiores* atrae.
Pedes atri, albo-annulati uti et abdomen.

TINEA VIRGELLA: alis anticis cinereis: fasciis quatuor atris, posticis atris, capite albo.
Habitat in Suecia, sat vulgaris.
Similis T. viduellae, sed magis angustior.
Palpi corniformes, albi.
Antennae annulatae, corpore paulo breviores.
Caput album, thorace nigro maculato.

Alae superiores cinereae, nigro-irroratae; fasciae quatuor atrae distinctae, prima et ultima obliqua, mediae duae transversae; *margo* ciliatus, nigro-punctatus.
Abdomen et pedes atri, albo-annulati.

TINEA SULPHURELLA: alis anticis auratis; maculis duabus sulphureis, posticis flavis.
Alucita sulphurella. Fabr. Ent. Syst. 3. p. 343.
Magnitudine et facie *T. Degerellae.*
Palpi corniformes, antennaeque mediocres, fuscae.
Alae anticae fusco-auratae; in medio dorso macula lutea, in margine extimo minor; saepe a costa linea brevis abbreviata, lutea; *inferiores* luteae, apice fuscae, ciliatae.

TINEA OCULELLA: fusco-cinerea; linea nigra terminata ocello albo.
Habitat in Suecia; in Vestmannia, Hall.
Inter majores, alis subforficatis, *Pyralidis* facie, tota fusca, suliginosa, villosa.
Palpi porrecti, corniformes, breves.
Antennae fuscae.
Alae superiores fuscae, inprimis versus marginem exteriorem; a costa ad medium linea nigra, terminata ocello pupilla alba; *margo* posticus niger ciliis cinereis; alae *subtus* fusco-glaucescentes.
Corpus nigrum.
Caput interdum album.

TINEA FAGELLA; alis griseis; strigis atomisque nigris.
Habitat in Blekingia, Rhen.
Magnitudine T. unguicellae, tota cinereo-albida, punctis atomisque nigris irrorata; alis alterius sexus postice angustatis, subcaudatis.
Palpi corniformes.

Anten-

Antennae annulatae, corpore breviores.
Alae notantur in basi lineola atra; in medio litura V latino simili cum punctis duobus a latere externo et pone hanc litura obliqua nigra.
Pedes annulati.
Variat magis vel minus punctis nigris irrorata et characteribus exstantibus.

TINEA FUNGELLA: alis superioribus cinereis maculis punctisque nigris irroratis, inferioribus fuscis.
Habitat in Suecia sat vulgaris; in Blekingia, Rhen.
Facie et similitudine summa *T. Boletellae*, sed duplo minor, alis convexis, deflexis.
Palpi corniformes.
Antennae fuscae, obsolete annulatae, corpore triplo breviores.
Caput et apices palporum lutescentes.
Alae superiores cinereae, totae irroratae maculis subquadratis et punctis nigris plurimis; in margine externo maculae sunt majores et subfasciatae.
Alae inferiores fuscae, immaculatae, nitidae.
Corpus cinereum.
Pedes annulati.

TINEA ATOMELLA: cinerea, fusco-irrorata; arcu in medio nigro.
Noctua lanceolata? Fabr. Ent. Syst. 3. p. 53.
Habitat in Suecia vulgaris.
Inter majores, facie *Tortricis*, sed alis non truncatis, verum sublanceolatis, rotundatis.
Tota cinerea punctis minutissimis irrorata. In media pagina alae superioris pone medium arcus niger et margo posticus nigro-punctatus. Praeterea saepe in costa lineola atra, quandoque fracta.

Alae inferiores cinereo-fuscae, immaculatae.
Palpi porrecti, breves.

TINEA LATERELLA: alis anticis cinereo-albidis: lituris punctisque nigris, thorace linea utrinque nigra.
Habitat in Suecia, Pfeif; in Vestrogothia, Bjerkander.
Facie, magnitudine et similitudine *T. picarellae*, oblonga.
Palpi corniformes, breves.
Antennae fuscae.
Caput et thorax hirsuta, alba: linea utrinque in thoracis lateralibus atra.
Alae superiores albidae. cinereo-maculatae irroratae; in costa lineola atra, alia abbreviata versus marginem internum, et curva paulo posterius. In margine externo puncta aliquot magis distincta, nigra. *Margo* ciliatus. *Subtus* alae superiores et inferiores totae fuscae, nitentes.
Corpus et pedes cinerei, nitentes.

TINEA BINOTELLA: cinereo-fusca alis punctis duobus atris.
Magnitudine et statura *T. juniperellae*, oblonga, planiuscula, tota cinereo-fusca, nitidula.
Palpi corniformes.
Alae superiores in medio notantur puncto atro et alio intra apicem quasi ex duobus conflato.

TINEA AXILELLA: cinereo-fusca alis, axilla puncto hamoque nigris.
Similis priori, tota cinereo-fusca seu cinerea nigro tenuissime irrorata; in singula ala superiori ipsa basis costae lineola atra, in medio lineola seu punctum obliquum, et pone medium hamulus ater.

Subtus

Subtus omnia cinereo-albida, alis inferioribus glaucis, nitidulis, ciliatis.

TINEA TRINOTELLA: alis cinereis punctis tribus nigris.

Habitat in Veſtrogothia. Bjerkander.

Media, tota cinerea, vix maculata.

Alae ſuperiores cinereo-flaveſcentes: in ſingulo paulo ante medium puncta duo, transverſa, atra, interiore majore, et pone medium ſolitarium. Oculo armato alae videntur punctis tenuiſſimis nigris irroratae. *Alae inferiores* ciliatae.

Tibiae valde piloſae.

Caput, *thorax* et omnia *ſubtus* cinerea.

A T. tripunctella Fabr. diverſa.

TINEA PARIPUNCTELLA: cinerea alis punctis ſex nigris per paria digeſtis.

Habitat in Oſtrogothia, Weſtrin.

Media vel inter minores, plana, cinerea.

Antennae annulatae, corpore breviores.

Palpi corniformes.

Alae ſuperiores notantur in baſi, medio et pone medium pari punctorum atrorum, transverſe collocatorum et praeterea margo exterior et apex notantur punctis nigris. *Alae inferiores* glaucae, ciliatae.

Tibiae annulatae.

TINEA TETRAPUNCTELLA: alis albis punctis duobus nigris, margine apiceque fuſcis.

Habitat in Veſtrogothia, Gyllenhal.

Inter minimas tota cinereo-alba.

Palpi corniformes, fuſci.

Antennae albo-annulatae, corpore breviores.

Alae ſuperiores albidae margine externo poſtice fuſco, uti et apice ciliato; prope coſtam videtur punctum oblongum, obſoletum; in medio

medio versus marginem externum punctum nigrum minutum et aliud in media pagina pone medium. *Alae inferiores* valde ciliatae.
Pedes fusco-cinerei.

TINEA STANNELLA; plumbea, immaculata capite fulvo.
Magnitudine et facie *T. padellae*, plumbea capite fulvo.
Antennae fuscae, corpore breviores.
Alae supra nitentes, immaculatae; subtus obscuriores.

TINEA DENTICULELLA; purpurea falcia alarum maculisque tribus argenteis.
Habitat in Suecia, Gedner.
Inter minores, tota purpurea; in alis superioribus fascia in media curva et maculae tres argenteae, quarum duae in margine externo, una in interno, oblongae vel subtriangulares.
Margo posticus latior, ciliatus.
Alae inferiores fuscae, ciliatae.
Antennae fuscae, longitudine fere corporis.

TINEA MARGINELLA; alis griseis: margine crassiori albo, palpis plumosis. Fabr. Ent. Syst. 3. pag. 297.
Habitat in Vestrogothia, Gyllenhal.
Magnitudine T. albellae, cinereo-fusca, oblonga.
Antennae filiformes, fuscae, corpore breviores.
Palpi porrecti, plumosi, spina erecta.
Caput albidum.
Alae superiores fusco cinereae: *margo exterior* ad medium usque albus; ipse margo posticus albidus uti et apex antice. *In* media pagina puncta duo nigra.
Differt a *T. albella*, quod dimidia pars marginis antici tantum alba sit.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS VIII.

D. 13. DEC. 1794.

RESP.

JONAS KULLBERG.

TRITOMA BICOLOR: rufa elytris poſtice nigris. Hypophlaeus bicolor. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 501.
Linearis, oblonga, convexa, tota rubra exceptis. *Elytris* dimidiis poſtice et apice abdominis atris.

TRITOMA 2-PUSTULATA: fuſca, glabra elytris puncto rubro.
Lyctus 2-puſtulatus. Fabr. Entom. Syſt. I. pag. 503.
Habitat in Blekingia, Rhen.
Linearis, polita, fuſco-ferruginea.
Elytra truncata, intra apicem puncto pallido diaphano.

TRITOMA CONTRACTA: ferruginea, polita elytris ſtriatis: ſutura atra.
Lyctus contractus. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 505.
Similis priori, ſed tota rufa elytris ſtriatis, ſutura atra.

TRI-

TRITOMA PICIPES: laevis, nitida, caſtanea antennis nigris.
Hypophlaeus caſtaneus. Fabr. Entom. Syſt. I. pag. 500.
Habitat in Blekingia, Rhen.
Tota laevis ſtriis elytrorum obſoletis, brunnea, lineari-oblonga.

TRITOMA PALLIPES: nigra, depreſſa antennis pedibusque piceis.
Habitat in Suecia et in India Orientali.
Magnitudine pediculi, atra, depreſſa, elytris manifeſte ſtriatis, antennis pedibusque ſolis rufeſcentibus.

TRITOMA RUFIFRONS: atra fronte, maculis duabus elytrorum pedibusque ferrugineis.
Ips rufifrons. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 514.
An Tenebrio linearis? Linn.

TRITOMA SULCATA: atra pedibusque ferrugineis, elytris ſulcatis.
Colydium elongatum et filiforme. Fabr. Entom. Syſt. I. p. 495. 496.
Habitat in Veſtrogothia, Gyllenhal.

TRITOMA STERCOREA: tota ferruginea elytris ſtriatis.
Habitat in Blekingia, Rhen.
Linearis, glabra, tota ferruginea.
Thorax obſolete punctatus.
Elytra ſtriata.

SPHAERIDIUM FERRUGINEUM: globoſum, ferrugineum elytris ſtriatis. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 80.
Corpus globoſum, magnitudine pediculi.
Elytra punctato-ſtriata.

SPHAERIDIUM RUBRUM: oblongum, ferrugineum elytris laevibus.
Habitat in Geſtricia, Printz.

Cor-

Corpus magnitudine pediculi, oblongum, laeve, glabrum, totum rubrum seu brunneum.
Elytra laevia absque striis et punctis.

SPHAERIDIUM MARGINATUM: laeve, atrum elytrorum margine pedibusque ferrugineis. Fabr. Ent. Syst. 1. p. 80.
Habitat in Smolandia, Hay.
Paulo minus S. *Scarabaeoide*, laeve, atrum, margine extimo elytrorum et pedibus piceis.

SPHAERIDIUM MORIO: atrum, holosericeum totum.
Tritoma morio. Fabr. Ent. Syst. 1. p. 507.
Magnitudine pulicis, atrum totum, sed supra tenuissime villosum.

SPHAERIDIUM RUFIPES: atrum, glabrum elytris striatis, pedibus rubris.
Habitat in Blekingia, Rhen.
Magnitudine pulicis, globosum, atrum, glabrum.
Elytra valde striata.
Pedes rubri.

SPHAERIDIUM GLOBOSUM: globosum, atrum thorace rufo. Fabr. Ent. Syst. 1. p. 78.
Habitat rarius in Suecia inventum.

SPHAERIDIUM HUMERALE: atrum, glabrum elytris macula baseos rubra. Fabr. Ent. Syst. 1. pag. 79.
Habitat Upsaliae in ligno putrido.
Corpus globosum, glabrum, atrum thoracis margine, elytrorum basi, abdomineque rubris.
Variat elytris nigris et abdomine piceo.

SPHAERIDIUM PLAGIATUM: pallidum, laeve plaga suturali nigra
Habitat in Vestrogothia, Gyllenhal; in Gestricia, Printz.
Magnitudine pulicis luteo-fuscum, laeve, glabrum, basi elytrorum et sutura nigra.

SPHAE-

SPHAERIDIUM NIGRIPENNE: rufum, nitidum elytris atris, antennis fuscis. Fabr. Entom. Syst. I. p. 82.

Corpus magnitudine pulicis, globosum, involutum, laeve, nitidum, totum rubrum, exceptis elytris atris et antennis fuscis.

SPHAERIDIUM RUFICOLLE: atrum, nitidum thorace pedibusque anticis rufis. Fabric. Ent. Syst. I. p. 82.

Simile priori, totum laeve, oculis, elytris, abdomine atris; pedibus, thorace, capiteque rufis.

SPHAERIDIUM FLAVIPES: atrum elytris apice pedibusque rufis. Fabr. Ent. Syst. I. p. 81.

Habitat in Suecia; in Vestrogothia, Gyllenhal.

Magnitudine pediculi, totum glabrum, laeve, atrum, elytris intra apicem puncto rufo, pedibus piceis.

SPHAERIDIUM BICOLOR: supra atrum subtus piceum, elytris glabris laevibus: puncto rubro intra apicem. Fabr. Ent. Syst. I. p. 82.

Simillimum S. *Flavipedi*, a quo vix distinctum nisi abdomine rubro

SPHAERIDIUM 2-PUSTULATUM: subvillosum, atrum macula humerali pedibusque rubris.

Corpus pulicis magnitudine, hemisphaericum, subvillosum, atrum humeris solis et elytris rufis.

Elytra laevia.

SPHAERIDIUM BIPUNCTATUM: atrum, laeve puncto elytrorum baseos pedibusque rufis.

Habitat in Suecia; in Vestrogothia, Gyllenhal.

Magnitudine pulicis, hemisphaericum, laeve, totum atrum puncto in singulo elytro intra basin pedibusque rufis.

SPHAERIDIUM TRITOMA: atrum, globosum elytris macula humerali coccinea.

Tri-

Tritoma 2-puſtulata. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 505.
Habitat in Veſtrogothia, Gyllenhal.
Subgloboſum, glaberrimum, atrum coſta elytrorum coccinea.

SPHAERIDIUM IPS: atrum, oblongum coſta elytrorum coccinea.
Ips 2-puſtulata. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 511.
Simile Sph. *Tritomae*, ſed corpus oblongo-lineare, glabrum, atrum coſta elytrorum coccinea.

CASSIDA MARGARITACEA: viridi-flaveſcens, punctata capite pectoreque nigris. Fabric. Ent. Syſt. I. p. 297.
Magnitudine C. nobilis luteo-vireſcens, punctata capite pectoreque ſolis nigris.

CASSIDA FLAVEOLA: ſupra luteſcens, ſubtus atra margine abdominis flavo.
Habitat in Veſtrogothia, Gyllenhal.
Similis priori, ſed abdomen, pectus, oculi atri, margine abdominis flaveſcente.

CASSIDA PALLIDA: flaveſcens, punctata oculis nigris.
Habitat Upſaliae.
Similis prioribus, ſed paulo major, tota exceptis oculis flava.

CASSIDA EQUESTRIS: viridis elytrorum baſi ſtriga argentea, abdomine atro: margine pallido. Fabric. Ent. Syſt. I. p. 292.
Habitat Upſaliae, in Hortis.
Paulo major C. *viridi*, cui ſimilis, ſed abdomen margine flaveſcit.

CASSIDA VIBEX: virens ſutura ſanguinea. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 293.
Habitat Upſaliae rarior.
Similis C. *viridi*, ſed diſtincta ſutura rufa.

CASSIDA BRUNNEA: brunnea margine elytrorum rufo.
Caſſida limbata Fabr. Ent. Syſt. I. p. 294.
Habitat Upſaliae et alibi.
Magnitudine C. *viridis*, tota fuſco-brunnea, margine rufo.
Elytra punctata.

CASSIDA FERRUGINEA: ſupra ferruginea, ſubtus nigra, elytris punctatis coſtatis.
Caſſida ferruginea. Fabr. Mant. p. 62. Spec. Inſ. p. 108. Ent. Syſt. I. p. 294.
Habitat in Suecia ſat frequens.
Magnitudine ſuperat C. *nobilem*, tota ſupra ferruginea, immaculata; ſubtus atra.
Elytra punctata et lineis elevatis coſtata.

CASSIDA AFFINIS: elytris vireſcentibus nigro punctatis. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 293.
Habitat vulgaris in Hortis.
Similis omnino *C. nebuloſae*, excepto colore viridi et elytris inprimis poſtice magis nigro punctatis.

CASSIDA MURRAEA: ſupra rubra, ſubtus nigra elytris nigro maculatis. Fabr. Ent. Syſt. I. p. 294.
Habitat in Veſtrogothia; Gyllenhal.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
INSECTIS SUECICIS.
PARS IX.

D. 20. MAJI 1795.

RESP.

STENO EDVARDUS WESTMAN.

ANTHRENUS FASCIATUS: supra niger thorace elytrorumque fascia cinerea.
Habitat in Suecia rarior.
Magnitudine reliquis duplo major.
Cinereo-tomentosa sunt *caput*, antennarum *clava*, *abdomen*, *pedes*, *thorax*, et *fascia* elytrorum ante medium. *Elytra* nigra, laevia.

SCYMNUS ATER: totus ater ano rufescente.
Anthrenus ater. Mus. Acad. P. 3. p. 34.
Magnitudine pulicis, totus ater, glaber, ano solo parum rufescente.

SCYMNUS AURITUS: ater capite thoracis angulis anticis ano pedibusque flavis.
Habitat in Vestro-Gothia. GYLLENHAL.
Magnitudine minimi pulicis, ater, glaber.
Caput, thoracis anguli antici, pedes anusque flavi.

SCYMNUS BIPUSTULATUS: ater elytris intra apicem puncto rubro.

Altica 2-punctata. Muſ. Acad. P. 3. p. 42.
Magnitudine pulicis, totus ater excepto puncto rubro intra apicem ſinguli Elytri.

SCYMNUS BIMACULATUS: ater elytris baſi puncto pedibusque rubris.
Habitat in Uplandia; in Veſtro-Gothia. GYLLENHAL.
Facie et *magnitudine* prioris, ater, glaber.
Caput et *pedes* flaveſcentes.
Elytra in baſi puncto rubro rotundo notata.
Variat capite nigro et flavo.

SCYMNUS SUTURALIS: ater plaga ſanguinea.
Magnitudine pulicis, ater, glaber.
Elytra plaga lata, ſanguinea; ſeu potius rubra margine omni nigro.

COCCINELLA ABBREVIATA: elytris rubris: faſcia poſtica abbreviata punctisque duobus nigris; thorace atro: margine lineisque duabus albis. Fabr. Syſt. 3. p. 269.
Habitat in Suecia rarior.
Magnitudine C. 7-punctatae.
Faſcia abbreviata pone medium Elytrorum ex punctis duobus coalitis, cruribus apicem ſpectantibus. Punctum terminale intra apicem.

COCCINELLA SEX-MACULATA: elytris luteis: punctis ſex nigris, thorace punctis nigris quinque.
Habitat in Suecia. HUMMEL.
Magnitudine C. 5-punctatae, pallide flava.
Thorax maculis quinque nigris; duae in medio, tres in baſi.
Elytron ſingulum punctis minutiſſimis tribus, uno in coſta, duobus in medio, altero prope marginem externum.
Varietas datur puncto coſtali nullo.

Differt

Differt a C. ſex-maculata. Fabr. Ent. Syſt. p. 274.

COCCINELLA FENNICA: elytris rubris: punctis ſeptem nigris, thorace nigro: margine antico punctisque duobus flavis.

Habitat in Finlandia. Lect. BORGSTROEM.

Magnitudine C. 5-punctatae.

Caput luteum baſi oculisque nigrum.

Thorax niger: margine antico cum hamo medio, lateribus et maculis duabus luteis.

Elytra rubra: punctum ſcutellare commune, pone medium ſingulo puncta duo nigra oblique poſita, et intra apicem unum minus.

COCCINELLA OCULATA: elytris rubris: punctis novem nigris, thorace nigro: macula antica lutea.

C. Oculata. Muſ. Acad. P. 3. p. 33. diverſa a C. oculata Fabr. Ent. Syſt. p. 287.

Magnitudine C. 5-punctatae.

Caput nigrum, flavo-maculatum.

Thorax niger, angulo antico flavo.

Elytra rubra: punctis 9 nigris, quorum 1 ſcutellare commune, 1 in baſi, 1 pone medium, 1 in ipſo margine antice et 1 intra marginem pone medium ſinguli Elytri.

Abdomen uti et *pedes* nigri.

COCCINELLA TRICUSPIS: elytris rubris: punctis nigris novem arcuque communi.

Habitat in Nericia; SMARAEUS.

Magnitudine C. 2-punctatae.

Caput luteum oculis punctisque duobus nigris.

Thorax antice luteus, hamos tres exſerens, poſtice niger.

Elytra rufa: punctum baſeos ſub-quadratum, duo in ſingulo medio transverſa, quorum

unum in ipso margine, pone medium punctum marginale et fascia arcuata communis cruribus antrorsum versis; in medio dorso macula magna communicans.

COCCINELLA ARCTICA: elytris nigris: punctis decem nigris, thoracis margine antico flavo.
Habitat in Lapponia; EKELUND.
Caput nigrum maculis duabus flavis.
Thorax niger margine antico flavo; saepe maculae binae in basi et rarius unica antice.
Elytra rubra: in singuli medio puncta tria transversa saepe coalita et intra apicem duo transversa.

COCCINELLA 2-MACULATA: elytris rubris: punctis nigris undecim, corpore ferrugineo. Fabr. Ent. Syst. I. p. 277.
Habitat in Suecia.
C. 2-maculata. Mus. Acad. Append. I. p. 113. diversa a C. 2-maculata Fabr. Ent. Syst. p. 277.
Magnitudine C. 2-punctatae.
Caput nigrum punctis duobus flavis.
Thorax niger macula antica flava marginali.
Elytra rubra: punctum costale et scutellare commune, in medio et pone medium in singulo puncta duo obliqua nigra, quorum exteriora minora.
Varietas punctis confluentibus.

COCCINELLA TRIANGULARIS: elytris rubris: punctis undecim nigris, capite punctis duobus flavis.
Magnitudine C. 2-punctatae.
Caput nigrum maculis duabus flavis.
Thorax niger in angulo antico macula flava.
Elytra rubra: punctum scutellare commune; in medio puncta duo transversa, oblique posita; tum

tum punctum minutum ſolitarium et tandem duo transverſa. Puncta interiora et ſcutellare majora.

COCCINELLA 14-MACULATA: elytris rubris: punctis 14 nigris, thorace flavo: punctis 6 nigris.

C. 14-maculata. Fabr. Ent. Syſt. p. 279.

Minor C. 2-punctata.

Caput luteum oculis nigris.

Thorax flavus punctis 4 anticis, 2-baſeos nigris.

Elytra lutea: ſutura punctisque 14 nigris, duobus in baſi, tribus in medio, duobus intra apicem, omnibus obliquis.

COCCINELLA 16-MACULATA: elytris rubris: punctis ſedecim nigris, thorace flavo: maculis ſeptem nigris.

Magnitudine C. 5-punctatae.

Caput flavum oculis nigris.

Thorax flavus: punctis nigris, duobus in medio et quinque in baſi.

Elytra rubra: puncta duo in baſi coalita, poſtea duo juxta marginem externum coalita; tum unum in medio prope marginem externum, majus cum linea ſuturali abbreviata coalitum; tandem puncta duo verſus marginem externum coalita, quaſi faſciam formantia et ultimo punctum ſolitarium verſus marginem internum.

Pectus et *abdomen* nigra.

Pedes toti rubri.

COCCINELLA 18-MACULATA: elytris rubris: punctis octodecim nigris, thorace flavo: maculis quinque nigris.

Coccinella 16-punctata Muſ. P. 3. p. 34.

Magnitudine C. 5-punctatae.

Caput flavum, basi nigrum.
Thorax flavus punctis duobus in medio, tribus basi nigris.
Elytra rufa: in singuli basi puncta duo nigra; in medio tria transversa; pone medium tria transversa, quorum intimum suturam tangit; intra apicem punctum solitarium.
Pedes flavi macula nigra.
COCCINELLA 12-GUTTATA: elytris luteis: punctis albis duodecim, thoracis lateribus albis.
Coccinella bis 6-guttata. Fabr. Ent. Syst. I. p. 284.
Habitat in Vestro-Gothia, GYLLENHAL.
COCCINELLA FLAVIPES: elytris nigris, capite thoracis margine pedibusque luteis.
Coccinella impustulata Fabr. Ent. Syst. I. p. 286.
Magnitudine C. 2-punctatae, tota nigra, laevis.
Caput, thoracis latera, pedes anusque flava.
COCCINELLA MARGINELLA: elytris nigris: puncto baseos flavo, capite punctis duobus lateribusque thoracis flavis.
Inter minimas, tota atra glabra.
Caput nigrum ore punctisque duobus albis.
Thoracis margines laterales antice albidi.
Elytron singulum in basi juxta costam puncto et margine externo flavis.
Pedes flavi.
Vix varietas C. variabilis, cui similis?
COCCINELLA VARIABILIS: elytris nigris: punctis duobus lunatis submarginalibus rubris. Fabr. Ent. Syst. I. p. 287.
Habitat sat vulgaris in Suecia.
Caput nigrum punctis duobus albis.
COCCINELLA HAEMORRHOIDALIS: elytris nigris: macula media lateribus thoracis anoque rubris.

Magni-

Magnitudine C. 5-punctatae, nigra.
Margines thoracis, *abdomen* postice et macula in medio *Elytri* singuli rubra.

COCCINELLA COLON: elytris nigris: punctis quatuor luteis, thorace immaculato.
Inter minimas, tota polita, nigra.
In singulo elytro puncta duo flava, longitudinaliter posita anusque ruber.
Differt a C. 4-pustulata: elytrorum punctis linea recta positis, minoribus, thorace immaculato et minori magnitudine.

COCCINELLA ABDOMINALIS: elytris nigris: punctis duobus abdomineque rubris.
Magnitudine C. 2-pustulatae seu C. Cacti duplo minor.
Caput, thorax, elytra, pectus, pedes nigra.
Puncta duo elytrorum et abdomen imprimis postice rubra.

COCCINELLA REPPENSIS: nigra capite lateribus thoracis punctoque apicis elytrorum luteis.
Habitat in Vestro-Gothia, GYLLENHAL.
Inter minimas tota nigra, polita.
Caput totum flavum.
Thoracis margines laterales flavi.
Intra apicem singuli elytri punctum luteum.

COCCINELLA 4-VERRUCATA: elytris nigris: punctis rubris quatuor, ano rubro. Fabr. Syst. I. p. 288.
Habitat in Suecia, vulgaris.

COCCINELLA OCTOPUSTULATA: elytris nigris: maculis tribus lunulaque flavis.
Habitat in Suecia, SMARAEUS.
Magnitudine et similitudine C. hieroglyphicae.
Caput et omnia subtus atra.
Thorax niger angulo antico flavo.

Elytra atra, laevia, glabra: in angulo baſeos macula lunata; in medio baſeos lineola flava; in margine exteriori macula et a medio marginis interioris ad apicem macula major lunata, cum oppoſita elytri alterius coalita.

COCCINELLA SIMILATA: elytris nigris: maculis decem flavis, thorace nigro: angulo antico flavo.

Habitat Calmariae, WAHLBOM.

Magnitudo et ſimilitudo ſumma C. decem-guttatae, ſed thorace et punctis diſſimilis.

Caput flaveſcens, nigro-marginatum.

Thorax niger angulo antico flavo.

Elytra nigra: in baſi lunulae binae flavae; pone medium puncta duo rotunda et intra apicem macula ſolitaria in ſingulo elytro flava.

Abdomen nigrum ano flavo.

Pedes nigri geniculis luteis.

COCCINELLA DENTATA: elytris nigris: punctis duodecim albis exterioribus margine connexis.

C. 10-puſtulata (12-puſtulata). Fabr. Entom. Syſt. I. p. 290.

Habitat in Suecia ſat vulgaris.

Variat punctis magis diſcretis.

COCCINELLA LAPPONICA: elytris nigris: margine exteriori, lineola flexuoſa ſuturali punctoque flavis.

Habitat in Lapponia, QUENSEL et EKHOLM.

Magnitudine C. 14-puſtulatae, oblonga.

Caput nigrum, flavo-macualtum.

Thorax niger marginibus lateralibus et antico cum hamulo flavis.

Elytra

Elytra nigra, laevia: margo exterior sinuato-flavus; juxta suturam linea curva flava et pone medium punctum flavum.

Tibiae flavescentes.

COCCINELLA STRIGATA: elytris nigris: vitta duplici lutea, thorace nigro: linea lutea.

Habitat in Lapponia. Doct. EKELUND.

Magnitudine C. lapponicae, ejusque facie, oblonga.

Thorax niger lateribus lineaque media flavis.

Elytra nigra margine flavo-dentato; juxta suturam alia linea flexuosa postice punctum nigrum includens.

Pedes toti flavi.

DISSER-

DISSERTATIO

SISTENS

NOVAS INSECTORUM SPECIES.

PARS I.

D. 15. DEC. 1781.

RESP.

SAM. NICOL. CASSTROEM.

Iucundiſſima certe eſt illa ſcientia, quae Entomologiae nomen adepta, veteribus parum vel nihil exculta fuit, recentioribus vero non modo in deliciis habita, ſed ad faſtigium fere ſuum fuit evecta. Conferre namque, ſi cuidam placuerit, rudes antiquitatis inſectorum figuras, illorumque deſcriptiones incompletas et inordinatas cum iconibus Kramerianis, Drurianis, Clerkianis aliisque, nec non cum ſuccinctis characteribus Fabricii, de Geer, a Linné aliorumque, ſeculi hujus ſummorum virorum; is certe non difficulter deprehendet, tantam fere intercedere differentiam inter priorum ſeculorum et hujus noſtri notitiam entomologicam, quanta inter larvam, metamorphoſin ſenſim per gradus ſubituram, et ipſam Inſecti declaratam imaginem.

Scien-

Scientiae etenim faciem poſtquam induere coepit haec noſtra, non ii ſolum, qui ſummo alias ſtudio litteris operam navant, amore maximo illam amplexi fuerunt, ſed et Magnates, quin etiam potentiſſimos Reges adeo oblectare coepit, ut Muſaea inſectorum, illa certe pulcherrima et pretioſiſſima, Palatia Illorum intraverint. Hinc factum fuit, ut a medio hujus ſeculi maxima incrementa ceperit, innumerisque fere individuis novis aucta fuerit haec ſcientia minimorum animalculorum. Sic Inſecta Americes imprimis collegerunt, detexerunt Belgae et Angli; Indiae orientalis, uti etiam Africes variae nationes Europaeae huc attulerunt. Imprimis vero collectiones inſectorum inſigniores noviſſime fecerunt varii, de hac ſcientia itaque prae aliis bene meriti, nec ſine laude promerita nominandi: JOSEPHUS BANKS, Illuſtr. Vir et Botanicorum hodie Princeps, e novi, nuper detecti mundi variis plagis, non primis modo, ſed numero, ſtructura et coloribus valde inſignibus inſectorum ſpeciminibus muſaeum ſuum exornavit Syſtemaque Fabricianum ſpeciebus novis benigniſſime ditavit. PALLAS et LAXMAN e Sibiria et aliis Imperii Ruſſici provinciis non paucas inſectorum ſpecies novas ſecum reportarunt. E Coromandelia varias quoque novas amicis ſuis miſit Celeber. Vir et inclytus Botanicus Dr. KOENIG. Quae Bengalam et Gangem fluvium circumjacentes regiones progignunt inſecta pulcherrima, impenſis et ſtudio inſignibus, has ipſas terras per vaſtum mare ipſa adiens conquiſivit Domina ANNA MONSON, aeque in ceteris ac quidem in Hiſtoria Naturali docta. Inſecta Capenſia, quorum ante viginti annos vix unicum ſpecimen Europae curioſis innotuerat, prima colli-

colligenda curavit Gubernator promontorii bonae spei TULBAGH, eorumque centuriam circiter dimidiam Arch. a LINNÉ transmisit. Vastissima vero haec regio, versus interiora Africes immense sese extendens, plurima adhuc, ex hac Classe, animalcula alebat, a Dr. SPARRMAN et Exp. D. Praeside, non multum post e latebris suis vocanda inque Europam mittenda. Lepidoptera insecta e confiniis Cantonae in China quotannis secum ducunt nautae; e Japonia vero ne ullum quidem specimen un quam fuit missum antequam Exp. D. Praesidi Insulas illas remotissimas adire, percurrere contigit. Varias icone rudi in Historia Japoniae expressit quidem Dr. KAEMPFER, variasque artificiosa manu, e cupro factas vidimus; veras autem nullas, collectiones licet maximae, ante paucos annos continuerunt species.

Agmen itaque insectorum novorum, quum adeo brevi increverit, nec multa horum specimina adhuc descripta et publici juris facta fuerint, non inutile fore crediderim, si illorum, quae in Capite bonae spei et Japonia invenerit Exp. D. Praeses, partem aliquam delinearem descriptamque Tecum B. L. communicarem.

* * *

LUCANUS.

Antennae clava lamellata.

Maxillae porrectae, dentatae.

L. CAPENSIS: *exscutellatus, niger, elytrorum sulcis punctatis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus

Corpus magnitudine *Tenebr. Foſſore* paulo majus, totum nigrum, glabrum, oblongum et valde cylindricum.
Caput punctis impreſſis.
Maxillae breves, arcuatae, dentatae.
Antennae clavatae, fiſſiles, laminis tribus.
Thorax marginatus, glaberrimus, poſtice rotundatus punctis minimis impreſſis.
Elytra marginata, abdomen occultantia; ſingulum ſtriis octo punctatis.
Femora latiuſcula, compreſſa: *tibiae* dilatatae, compreſſae, dentatae, dentibus exterioribus tribus ſeu quatuor; interioribus binis. *Tarſi* minimi.
Abdomen verſus anum piloſum.

DERMESTES.

Antennae clava perfoliata, triarticulata.
Caput inflexum.
Thorax convexus, truncatus.
Corpus oblongum, convexum.

D. BIFASCIATUS: *niger, elytris faſciis binis undulatis luteis, thorace cinereo-teſſellato.*

Habitat ad Caput bonae ſpei.

Corpus magnitudine *Derm. undati*, ſed paullo latius.
Antennae perfoliatae, nigrae, capite paullo longiores.
Caput nigrum.
Thorax ater, hirtus, cinereo-teſſellatus, antice anguſtior, pro capite emarginatus, poſtice truncatus, trilobus.
Elytra atra, marginata, tenuiſſime hirta, faſciis duabus aurantiacis: antica transverſa, undulata,

lata, inque futura autrorsum flexa; postica lunata, interrupta.
Abdomen et *Pectus* nigra pilis cinereis tota hirta.

D. INTERRUPTUS: *niger, fascia baseos elytrorum rubra, interrupta.*
Magnitudo *Derm. undati.*
Corpus totum atrum, tenuissime pilosum, laeve.
Thorax convexus, antice angustior, pro capite emarginatus, postice truncatus, trilobus.
Elytra marginata, oblonga: prope basin fascia transversa, rubra, interrupta in medio, sic ut futuram non attingat.

D. BIPUSTULATUS: *ater, glaber, capite, thorace punctoque baseos elytrorum rubris.*
Magnitudine pulicis, totus glaberrimus et convexus.
Antennae perfoliatae.
Caput, Thorax, Pedes, Anus rubra. *Oculi* nigri.
Thorax convexus, laevissimus, marginatus, antice truncatus, postice latior, subtrilobus.
Elytra laevissima absque striis et punctis, marginata, atra, puncto rubro in ipsa costa.
Abdomen piceum.

D. MACULATUS: *niger, elytris fascia undata punctisque rubris.*
Habitat in Suecia, in Ostro-Gothia lectus et alibi.
Corpus statura *Derm. undati*, sed paullo minus.
Caput nigrum.
Antennae piceae, moniliformes, articulis tribus ultimis crassioribus, longitudine thoracis.
Thorax convexus, marginatus, antice angustior, emarginatus, postice lineola utrinque impressa, truncatus, trilobus.
Elytra oblonga, marginata, striata, nigra: in costa punctum rubrum, sublunatum; pone hoc

hoc, prope ſuturam, ſecundum rotundum, intra apicem tertium; in medio faſcia undulata rubra.
Pedes et *Abdomen* rufeſcentia.

D. MARGINATUS: *niger, thoracis lateribus, pectore inciſurisque abdominis albis.*
Habitat in Capite bonae ſpei et India Orientali.
Magnitudo et Facies omnino *Derm. lardarii*, ſed paullo major, totus pilis tenuiſſimis hirtus.
Caput cinereo-album.
Antennae perfoliatae.
Thorax convexus, antice anguſtior, emarginatus, poſtice latior, truncatus, trilobus, margine utrinque cinereo-albo e tomento tenuiſſimo.
Scutellum cinereum.
Elytra oblonga, nigra.
Pectoris latera tota alba.
Abdomen nigrum, ſegmentis margine albis.
Pedes nigri.

D. PICEUS: *totus ferrugineus elytris ſtriatis.*
Habitat in Capite bonae ſpei inque India Orientali.
Magnitudo et Statura omnino *Derm. marginati*, totus pilis tenuiſſimis decumbentibus hirtus et ferrugineus ſeu piceus.
Caput inflexum.
Antennae perfoliatae, longitudine capitis.
Thorax convexus, antice anguſtior, poſtice latior, trilobus, marginatus.
Elytra tenuiſſime ſtriata absque punctis impreſſis.
Color fere *Tenebrionis Culinaris*, ſed magis obſcurus.

ANOBIUM.

Antennae clava perfoliata, triarticulata.
Thorax marginatus, rotundatus.

Corpus convexum, lineari-oblongum.
Elytra flexilia.

A. RUFICOLLE: *violaceum, hirtum, thorace, baſi elytrorum pedibusque rubris.*
Habitat in Africa et India Orientali.
Magnitudo et Statura *Derm. Violacei*, totus pilis erectis hirtus.
Caput violaceum.
Antennae perfoliatae, nigrae, longitudine fere thoracis.
Thorax convexus, marginatus, rotundatus, tenuiſſime punctatus, ruber.
Elytra oblonga, marginata, ſtriata punctis impreſſis, violacea, baſi rubra.
Pectus rubrum uti et *Pedes* toti.
Abdomen nigrum.
Dermeſtes ruficollis Fabricii Syſt. Entomol. p. 57.

A. CAPENSE: *atrum, hirtum, elytris violaceis, faſciis duabus albis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine majoris pediculi, ſub-cylindricum.
Caput nigrum, hirtum.
Antennae perfoliatae, nigrae, longitudine capitis.
Thorax convexus, marginatus, rotundatus, hirtus, punctatus, niger.
Elytra oblonga, hirta, punctata, obſcure violacea, faſciis duabus albis, altera in medio undulata, altera intra apicem.
Pectus et *Abdomen* nigra, glabra.
Pedes nigri, femoribus glabris, tibiis tarſisque hirtis.

A. BIFASCIATUM: *nigrum, glabrum, elytris faſciis duabus luteis.*
Habitat ad Caput bonae ſpei.

Corpus

Corpus totum ſublineari-oblongum, nigrum, glaberrimum, impunctatum, lineam longum.
Antennae perfoliatae, piceae, longitudine fere thoracis.
Thorax planus, marginatus, rotundatus, poſtice anguſtior, ater.
Elytra marginata, picea, absque ſtriis, faſciis duabus, altera prope baſin, altera pone medium, lacteis, rectis, transverſis neque ſuturam neque marginem attingentibus.
A. VIRIDE: *viride, hirtum, pedibus rubris.*
Habitat in Africa et India Orientali.
Corpus lineare, totum hirtum et, exceptis antennis atque pedibus, viridi-cupreum, ſubunguiculare.
Caput et *Thorax* magis aenea.
Antennae perfoliatae, nigrae, thorace breviores.
Thorax planus, marginatus, rotundatus, punctatus.
Elytra magis viridia, marginata, acuta, flexilia, punctata absque ſtriis.
Abdomen glabrum.
Pedes hirti, femoribus tibiisque rubris, tarſis fuſcis.
A. RUFIPES: *violaceum, hirtum, pedibus rubris.*
Habitat in India Orientali, in Capite bonae ſpei inque Europa.
Corpus magnitudine *Derm. Violacei*, ovatum, parum hirtum, totum, exceptis antennis et pedibus, violaceum.
Antennae perfoliatae, nigrae, baſi rubrae.
Thorax planus, marginatus, rotundatus, tenuiſſime punctatus.
Elytra oblonga, marginata, punctata, flexilia.
Abdomen glabrum.
Pedes toti rubri.

Differt ab Anobio viridi 1) *corpore ovato, violaceo.*
2) *antennarum basi rubra.*
3) *pedibus totis rubris.*

A. CAERULEUM: *caeruleum, hirtum, lineare.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus lineare, immaculatum, violaceum, hirtum, supra punctatum, lineam longum.
Thorax parum convexus, marginatus, rotundatus.
Elytra marginata, flexilia.
Differt a Derm. violaceo 1) *corpore linearinec ovato.*
2) *colore magis obscuro.*

COCCINELLA.

Antennae clava solida.
Abdomen planum.

C. FIMBRIATA: *elytris flavis immaculatis margine nigro, thoracis margine postico punctis quatuor nigris.*
Corpus magnitudine C. 5-*punctatae.*
Caput flavum, oculis nigris.
Antennae clava solida clavatae, palpique flavescentes.
Thorax flavus, margine postico nigro, punctis quatuor nigris, quorum duo in medio distincta vel coalita et in singulo margine unum saepe obsoletum.
Elytra flava, immaculata, margine omni nigro.
Pectus et *Abdomen* atra.
Pedes flavi.
Differt a Coccin. marginata.
α) *thoracis punctis subquaternis, raro duobus.*
β) *punctis thoracis albis nullis.*

C. MINUTA: *elytris rubris thoraceque immaculatis.*
Habitat in India Orientali.

Corpus

Corpus magnitudine vix Pulicis, obſcure rubrum, totum immaculatum, glabrum.

Omnium minima differt a C. impunctata thorace unicolore.

t. 7. f. 15. C. TRINOTATA: *elytris rubris hirtis punctis tribus nigris, capite rubro.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus hemiſphaericum, inter omnes Coccinellas facile minimum, tenuiſſime hirtum, rubrum.

Caput rubrum, immaculatum.

Thorax ruber, macula in medio magna nigra.

Elytra rubra, maculis tribus nigris, una in ſutura communi, una in ſinguli elytri medio.

Abdomen in medio nigrum.

Differt a C. tripunctata 1) *quod multoties minor.*
2) *quod hirta.*
3) *quod caput immaculatum.*

t. 7. f. 13. C. JAPONICA: *elytris flavis, cruce futurae duplici maculisque quatuor nigris.*

Habitat in Japonia.

Corpus magnitudine *C. hieroglyphicae.*

Caput flavum, puncto baſeos nigro.

Thorax niger, marginibus luteis.

Elytra lutea maculis oblongis duabus in ſingulo verſus exteriorem marginem; ſutura nigra cum punctis duobus obliquis. Apex ipſe etiam niger eſt.

Abdomen nigrum, luteo-maculatum.

Pedes flavi.

t. 7. f. 16. C. GRANDIS: *elytris flavis, punctis nigris tredecim, thorace nigro, marginibus flavis.*

Habitat in China, unde miſſa fuit a D. *P. J. Bladh.*

Corpus inter Coccinellas omnium maximum, glabrum.
Caput flavum, minimum, oculis nigris.
Thorax niger, margine utrinque flavo.
Elytra flava, punctis septem nigris: unum in medio singuli elytri versus basin rotundum, tum tria ante medium transversa, quorum exterius marginale, oblongum, medium rotundum, interius commune cum puncto elytri oppositi, adeoque maximum; tandem pone medium tria transversa uti tria priora, sed paullo minora; in ipso apice punctum commune. Margo elytrorum valde productus est.
Abdomen et *Pedes* lutea.
Alae fuscae.
Differt facile a C. 13-punctata.
1) *magnitudine.*
2) *punctis tribus in ipsa sutura communibus.*

C. GIBBA: *elytris rubris, fascia punctisque sex nigris.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *Coc. 7-punctatae*, totum tenuissime hirtum.
Caput rubrum, oculis nigris.
Thorax ruber, puncto in medio nigro.
Elytra rubra, fascia in medio arcuata nigra, in singulo e tribus punctis coalita; puncta duo nigra in basi et unum lunatum utrinque intra apicem.
Pectus nigrum.
Abdomen et *Pedes* rubri.

C. OCTOMACULATA: *elytris rubris, punctis octo nigris, thorace immaculato.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *C. 7-punctatae*, totum rubrum.

Caput

Caput et *Thorax* immaculata oculis nigris.
Elytra saturate rubra, punctis octo nigris; unum in basi transversum, duo in medio parum confluentia inter se, quartum intra apicem minimum.

C. PSI: *elytris flavis, margine exteriore maculis quatuor nigris.*
Habitat ad Caput bonae spei.
Corpus magnitudine fere *C. 7-punctatae.*
Caput pallide flavum oculis nigris.
Thorax flavus, macula in medio nigra, bifida.
Elytra flava, margine exteriore et sutura nigra; in singulo maculae quatuor nigrae, prima ad basin rotunda, secunda in margine exteriore quadrata, tertia intra apicem, quarta lunata in sutura a medio fere ad apicem cum opposita conjuncta.
Pectus nigrum.
Abdomen et *Pedes* lutei.

C. IRIDEA: *elytris rubris punctis novem nigris ocellaribus.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine fere *C. 7-punctatae*, totum rubrum, glabrum, exceptis elytris, immaculatum.
Oculi nigri.
Elytra rubra, punctis novem nigris, iride lutea cinctis, quorum unum prope basin utrinque, duo ante medium transversa, tum unum versus marginem exteriorem, tandem unum intra apicem commune.

C. OCULATA: *elytris rubris, punctis novem nigris, circulo flavo circum oculos.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *C. 7-punctatae.*

Caput nigrum, margine antico et circulo oculorum flavo. *Oculi* nigri.

Thorax ater puncto in angulo antico utrinque flavo.

Elytra rubra, punctis novem nigris: unum in ipsa costa, unum versus marginem exteriorem ante medium, unum versus futuram in medio elytri, unum versus exteriorem marginem pone medium et unum commune in futura prope basin.

Abdomen et *Pedes* atra.

Valde similis Cocc. novem-punctatae; differt vero.

α) *Longitudine fere quadrupla,*

β) *Punctis inverso ordine positis.*

γ) *Capite immaculato cum circulo oculorum flavo.*

C. SIMILIS: *elytris rubris, fasciis duabus punctisque quatuor nigris.*

Corpus magnitudine *Coccin. 5-punctatae*, oblongum, totum supra adspersum pilis brevissimis cinereis.

Caput cum *Antennis*, *Oculis* et *Palpis*, *Thorax* et omnia subtus nigra, immaculata.

Elytra marginata, rufescentia fasciis duabus punctisque quatuor nigris; scilicet ad basin fascia subundulata ex tribus punctis connexis: ante medium fascia obliqua ex punctis duobus connexis futuram et marginem non attingente. Pone medium prope futuram punctum unicum et aliud intra apicem.

Distincta 1) *a C. 11-punctata et 13-punctata, quibus similis, thorace toto nigro punctisque anticis connexis.*

2) *a C. 9-punctata, thorace toto capiteque nigro, immaculato, fasciisque elytrorum.*

C. BO-

C. BOREALIS: *elytris rufis, punctis duodecim nigris, thorace quadripunctato.*
Coccinella Borealis Fabricii Syst. Entom. p. 82.
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *C. ocellatae*, gibbum.
Caput flavum, immaculatum, oculis nigris.
Thorax flavus punctis quatuor nigris, quorum duo in medio et in singulo margine unicum.
Elytra marginata, rubra, punctis duodecim nigris; tria transversa prope basin, quorum unum in ipsa costa, unum in medio et unum in sutura communi; tria transversa in medio, quorum intimum commune et caeteris longe majus; unum intra apicem magnum.
Omnia subtus lutea.

C. CAPENSIS: *elytris rubris, punctis duodecim nigris, thorace immaculato.*
Corpus magnitudine *Cocc. ocellatae*, ovatum, gibbum.
Caput rufescens oculis nigris.
Thorax rufescens, immaculatus, glaber, marginatus.
Elytra rufescentia, glabra: singulum punctis sex nigris, rotundis; duo ad basin, duo ante medium, unum versus marginem interiorem pone medium, unum intra apicem.
Abdomen nigrum, margine rufescente.
Pectus et *Pedes* toti rufescentes.
Differt 1) *a Coccinella 12-punctata*
α) *quod major.*
β) *thorace immaculato.*
γ) *punctis rotundis, nec ultimo repando.*
2) *a C. Boreali*
α) *thorace immaculato.*
β) *punctis elytrorum nullis connexis.*

C. PUSILLA: *elytris flavis punctis octo nigris, quadrifariis.*

Corpus pulice vix majus, totum pallide flavum, exceptis punctis elytrorum immaculatum, convexum, glabrum.

Elytra marginata: singulum punctis quatuor nigris quadrifariam oblique positis.

Haec uti minuta et unipunctata inter minimas numeranda est.

C. DISTINCTA: *elytris rubris, punctis sedecim nigris distinctis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *Coccin. 5-punctatae*, totum supra adspersum punctis minimis, cinereis.

Caput rufescens, oculis nigris.

Thorax marginatus, niger, marginibus lateralibus rufescentibus.

Elytra marginata, rufescentia, punctis sedecim nigris, distinctis: in singuli medio quatuor longitudinaliter: duo ad marginem exteriorem, et duo ad suturam. *Scutellum* nigrum.

Pectus et *Abdomen* nigra.

Pedes rufescentes, femoribus nigris.

Distincta a Coccin. 16-punctata, quod puncta omnia sint distincta, thorax niger, quodque major.

C. FLEXUOSA: *elytris rubris, fasciis duabus punctisque duobus nigris.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *Cocc. 5-punctatae*, glabrum.

Caput flavum, ore oculisque nigris.

Thorax flavus, margine postico maculaque in medio trigona nigra.

Elytra rubra, margine exteriore tenuissime nigro; fascia prope basin undata, nigra, nec mar-

marginem nec ſuturam attingente; faſcia alia in medio transverſa undata. Punctum intra marginem utrinque nigrum; ſutura nigra.
Abdomen rubrum cingulis nigris.
Pedes rubri.

C. REPANDA: *elytris flavis, faſciis tribus undatis, nigris.*
7.f.25.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *Cocc. 7-punctatae*, glabrum.
Caput, Antennae, Oculi, Abdomen et *Pedes* nigra.
Thorax niger, utrinque macula in angulo antico flava.
Elytra flava, faſciis tribus undatis, nigris, prima prope baſin nec marginem nec ſuturam attingente, ſecunda in medio transverſa marginem exteriorem non attingente, tertia intra apicem transverſa omnino.

C. FLAVICOLLIS: *elytris ſanguineis punctis decem nigris, thorace flavo.*
7.f.26.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *Cocc. 7-punctatae*, pilis tenuiſſimis hirtum.
Caput, Thorax, Pedes et *Pectus* pallide lutea, immaculata.
Oculi nigri.
Elytra ſanguinea, punctis in ſingulo quinque nigris, duo in baſi, duo in medio et unum intra apicem.
Alae flaveſcentes.
Abdomen flavum, cingulis aliquot nigris.

C. UNDULATA: *elytris rubris, faſciis undatis dentatisque variis nigris.*
7.f.27.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *Coccin. 7-puſtulatae*, ſupra totum adſperſum pilis breviſſimis cinereis.

Caput

Caput, *Antennae* et *Palpi* flavescentia.
Oculi nigri.
Thorax flavescens, medio macula magna, fusca, transversa.
Elytra rubra fasciis undulatis lunulisque nigris, scilicet in singulo ad basin ocelli duo pupilla nigra, a basi in ipso margine externo linea ad medium elytri, ubi inflectitur per medium elytri undulata ad futuram, dentes tres acutiusculos formans et tandem versus inferiora usque ad apicem ducta reflectitur et dentem duplicem versus superiora exserit, includens figuram signo quaestionis similem nigram.
Pectus et *Abdomen* nigra.
Pedes flavescentes, femoribus medio nigris.

t. 7. f. 28. C. LUNATA: *elytris flavis, fasciis duabus, arcu punctisque quinque nigris.*
Habitat in Capite bonae spei.
Magnitudine *Cocc.* fere 7-*punctatae*, glabra tota.
Thorax niger angulo antico utrinque flavo.
Elytra flava; prope basin signum (;) in singulo punctumque elytri baseos commune nigrum: infra basin utrinque prope exteriorem marginem punctum minutum nigrum. Pone medium fascia lata transversa, marginem exteriorem non attingens et alia omnino transversa, undulata intra apicem nigra.
Omnia subtus nigra.

t. 7. f. 29. C. CRUX: *elytris flavis, lineis duabus cruceque nigris.*
Habitat in Capite bonae spei.
Thorax marginatus, antice pro capite truncato excisus, flavus; margo posticus fascia nigra, simplici, antrorsum curvata, maculaque in medio cordata.

Elytra

Elytra marginata, glabra, flava: in ſingulo linea media rectiuſcula, nigra, a baſi, intra apicem terminata, inque ſutura crux nigra, formata ex linea communi et punctis duobus ante medium coalitis.

Pectus et *Abdomen* nigra.

Femora nigra *genubus* tibiisque flaveſcentibus.

Differt a C. Comma margine elytrorum non nigro, cruce ſuturae exſtante et linea in elytris ſubrecta vel incurva, quae in altera recta eſt, apice extrorſum curvata; Thoracis macula cordata et faſcia ſimplici absque dentibus.

C. COMMA: *elytris flavis: ſutura, margine lineaque nigris.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *Coccin. 5-punctatae.*

Caput flavum, macula media nigra. *Oculi* nigri.

Antennae et *Palpi* flaveſcentes.

Thorax planiuſculus, marginatus, antice pro capite exciſus, glaber, flavus. Margo poſticus faſcia nigra quadridentata; anticus punctis duobus nigris.

Elytra marginata, flava, lineis quinque rubris; prima et ſecunda in margine exteriore medio dilatata, tertia et quarta in medio, antico apice extrorſum curvata, nec baſin nec apicem attingens, comma (,) referens, quinta in ipſa ſutura communis, ante medium latior.

Cetera ut in Coccinella cruce.

C. LINEATA: *elytris rubris, margine omni maculisque duabus oblongis nigris.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Magnitudine *Coccin. 5-punctatae*, glabra.

Caput flavum, puncto medio oculisque nigris.

Thorax flavus, margine poſtico maculaque cordata cohaerente nigra

Elytra

Elytra rubra, margine omni tenuiſſime nigra et in ſingulo macula lata, oblonga, nigra nec apicem nec baſin attingens.
Abdomen et *Femora* nigra.
Tibiae flavae.

C. FLAVIPES: *elytris nigris: thorace nigro, maculis duabus flavis.*
Habitat in Promontorio bonae ſpei.
Corpus magnitudine *Coccin. 2-puſtulatae.*
Flava ſunt os, thoracis anguli antici, pedes et anus.
Reliqua nigra, glabra, immaculata.
Differt a Coccin. impuſtulata thoracis lateribus flavis, absque puncto nigro et margine antico non flavo, ſed thorace concolore.

C. HAEMORRHOIDALIS: *elytris nigris: maculis duabus flavis, thoracis marginibus anoque flavis.*
Corpus magnitudine *Coccin. 2-puſtulata* minus, valde gibbum, atrum, laeve, glaberrimum.
Thorax marginatus, utrinque in angulo antico macula ſupra infraque fulva, margine ipſo tenuiſſime nigro.
Elytra marginata, valde convexa: in ſinguli medio macula ſimplex, orbiculata, flava. Alae fuſco-hyalinae.
Pectus et *Abdomen* plana, nigra, ultimis ſegmentis totis ſupra infraque fulvis.
Pedes toti nigri.
Diverſa eſt 1) *a Coccin. Cacti*
α) *magnitudine multoties minori.*
β) *macula elytrorum flava nec fulva*
2) *a Coccin. 2-puſtulata.*
α) *minori magnitudine.*

β)

β) *macula elytrorum simplici, nec compoſita ex maculis tribus confluentibus.*
γ) *thoracis marginibus luteis.*
δ) *ano fulvo tantum nec abdomine toto.*

C. LAEVIS: *elytris nigris, punctis ſex flavis. thoracis angulis anticis flavis.*
Magnitudine *Coccin. 2-puſtulatae*, glabra.
Caput flavum, oculis nigris.
Thorax niger, angulis anticis flavis.
Elytra nigra punctis ſex flavis, duobus utrinque in medio et uno intra apicem, rotundatis.
Abdomen nigrum, pedibus flavis.
Differt a Coccin. 6-puſtulata
α) *thorace maculato.*
β) *capite flavo.*
γ) *ſitu et figura punctorum in elytris.*

C. RIVOSA: *elytris nigris, lunulis ſex punctisque quatuor rubris.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudine *Cocc. ocellatae*, tota gibba, glabra.
Caput flavum, oculis nigris.
Thorax niger, angulis anticis flavis.
Elytra nigra: in ſinguli medio maculae duae rotundae, rufeſcentes et lunulae tres, quarum prima juxta baſin retrorſum ſpectans, ſecunda verſus apicem anteriora ſpectans, et tertia pone medium verſus futuram retrorſum verſa.
Abdomen nigrum, marginibus rubris.
Pedes flavi, femoribus baſi nigris.

C. DENTATA: *elytris nigris, margine exteriore linea tridentata, punctisque ſex flavis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *C. 14-punctatae.*

Caput

Caput flavum puncto nigro.
Thorax niger, marginibus lateralibus et antico flavis.
Elytra nigra: singulum linea in exteriore margine tridentata ex punctis duobus et lunula protuberantibus et praeterea puncta tria flava, unum in basi juxta suturam, unum in medio, unum prope suturam pone medium.
Abdomen nigrum, margine flavo.
Pedes flavi, femoribus puncto nigro notatis.

C. HIRTA: *elytris nigris, maculis duodecim rubris.*
Habitat ad Promontorium bonae spei.
Magnitudine *Coccin. ocellatam* fere aequat, tota pilis cinereis hirta.
Caput, *Thorax*, *Abdomen* et *Pedes* atra.
Elytra atra, quasi reticulata: singulum maculis sex rubris, quarum una in basi lunata posteriora spectans, tum duae transversae, tandem duae et denique una intra apicem.

C. 20-PUSTULATA: *elytris nigris: punctis fulvis viginti.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *Coccin. 7-punctatae*, gibbum, tenuissime hirtum.
Caput, *Thorax*, *Abdomen* et *Pedes* nigra, immaculata.
Elytra nigra: singulum maculis fulvis decem; duabus in basi, tum tribus transversis rotundis, inde duabus, quarum interior lunata, posteriora cruribus spectantibus, tandem duabus rotundis et una in ultimo apice.

C. OCTO-GUTTATA: *elytris rubris maculis octo flavis.*
Habitat in regno Japonico.

Corpus

Corpus magnitudine *Coccinella Ocellata* paullo majus, glabrum.

Caput et *Thorax* rubra, immaculata, tenuiſſimis punctis pertuſa.

Elytra marginata, punctis decem ſeriebus pertuſa, rubra: ſingulum maculis quatuor laete flavis, quarum prima in coſta lunata, ſecunda juxta priorem rotundata, tertia prope ſuturam rotundata et quarta intra apicem obcordata maxima.

Omnia ſubtus et alae rubra.

CICINDELA.

Antennae ſetaceae.

Oculi prominuli.

Maxillae porrectae.

C. GIGANTEA: *nigra, elytris coſta longitudinali ferrata, acuta, thorace bilobo.*

Habitat in viis ad Caput bonae ſpei, celerrime currens et mordens, vulgaris.

Corpus Carabi majoris magnitudine, ſubtriangulare, totum atrum, hirtum, ſcabrum.

Caput prominulum, teres, laeve, linea ſupra oculos elevata. *Oculi* ſupra nigri, infra pallidi. *Maxillae* longitudine fere capitis, incurvatae, acute dentatae. *Palpi* quatuor. *Antennae* longitudine thoracis, ſetaceae.

Thorax antice teres, poſtice marginatus, inaequalis, elevatus, rotundatus, cordato-bilobus, ab elytris remotus. *Scutellum* mediocre.

Elytra deflexa, clauſa, marginata, incurvata, lata, glabra, antice laevia, poſtice punctis elevatis aſpera, ſupra plana, verſus latera et praeprimis poſtice punctis elevatis, piloſis ſcabra; coſta producta in lineam acutam, ferratam, ciliatam.

Pedes aequales, curſorii, longi. *Tibiae* ſpinis tribus; terminatae. *Tarſi* articulis imbricatis. *Digiti* unguiculati.

Facies thoracis et Elytrorum a Cicindelis diverſa, Carabis valde ſimilis eſt.

C. JAPONICA: *violacea, elytris baſi, apice faſciaque cuprcis, punctis duobus faſciaque luteis.*

Habitat in Japonia.

Corpus magnitudine *Cicind. Sylvaticae.*

Caput Antennaeque violaceae labio luteo. *Maxillae* luteae, ſubtus apiceque nigrae, porrectae, longitudine capitis.

Thorax cupreus, marginibus antico et poſtico violaceis.

Elytra violacea, tomentoſa, non nitentia, baſi, apice, faſcia ante medium et ſutura cuprea; praeterea faſcia in medio obliqua et puncta duo utrinque lutea, unum prope coſtam, alterum intra apicem.

Subtus omnia e cyaneo et violaceo nitent.

C. TRIDENTATA: *purpuraſcenti-aenea, elytris linea marginali tridentata.*

Habitat in Ceylona et Coromandelia.

Corpus magnitudine *C. hybridae.*

Caput antice cyaneum, poſtice aeneum, labio luteo. *Maxillae* nigrae.

Antennae apice fuſcae, baſi aeneae.

Thorax convexus, linea exaratus.

Elytra obſcure purpuraſcenti-aenea, margine linea lutea tridentata, dentem minutiſſimum ante medium, alterum in medio rotundum, tertium poſtice flavum exſerens.

Subtus omnia aenea, nitida, barba ſparſa alba, imprimis femora.

Differt

Differt a C. marginata quod fascia nulla sit undata, nec punctum ullum in basi elytrorum.

C. CATENA: *viridi-aenea, elytris linea marginali flava, triramosa.*
Cicindela catena. Fabric. Syst. Entom. p. 226.
Habitat in Capite bonae spei inque Indiae orientalis plurimis locis satis frequens.

Varietates hujus plures sunt, quae in sequentibus conveniunt.
Corpus magnitudine *C. hybrida* paullo minus.
Caput et *Antennae* filiformes, aeneae labio luteo. *Maxillae* nigrae. *Palpi* pallidi apice nigro, plumosi.
Thorax aeneus, hirtus.
Subtus omnia violacea, nitida, lateribus pilis albis densis hirtis.

Varietas 1) *Elytra viridi-aenea, intra marginem linea flava, triramosa; ramo primo intra basin brevi; secundo in medio obliquo, undato; tertio, in apice lunato. Praeterea a basi ad medium in ipsa sutura linea flava hamata.*

2) *Elytra purpurascenti-aenea, lunula in costa, fascia obliqua undulata, et lunula apicis flavis. Praeterea prope suturam, juxta basin utrinque lineola et alia in medio flava.*

3) *Elytra aenea, intra marginem linea flava triramosa, ramum primum in costa lunatum, alterum obliquum numero (5) similem in medio, et tertium lunulato-flexuosum intra apicem flavum exferens.*

Species haec valde similis C. Capensi, cum qua in multis adeo convenit, ut forsan ejus sola sit varietas, licet haec paullo minor. Utraque Species singularis est tomento albo in thorace et lateribus pectoris et abdominis.

GYRINUS.

Antennae cylindricae, rigidae.
Pedes natatorii.

G. CAPENSIS: *elytris viridi-aeneis margine pallido.*

Habitat in rivulis prope Cap, alibique in Promontorio bonae spei.

Corpus magnitudine *Gyrino Natatore* minus, oblongum, glabrum, supra viridi aeneum, infra pallidum, glaberrimum, depressiusculum.

Antennae thorace breviores, longitudine capitis, exstantes.

Oculi 4, duo superiores minores, duoque inferiores majores.

Thorax marginatus, lateribus pallidis.

Elytra abdomine paullo breviora, striata, margine pallide flava.

Pedes quatuor posteriores abbreviatae, cheliformes.

HEMEROBIUS.

Os maxillosum.
Alae deflexae.
Antennae setaceae.

H. GRANDIS: *alis subaequalibus, reticulato-venosis maculis duabus pallide flavis.*

Habitat in Japonia.

Corpus

Corpus oblongum, flaveſcens, glabrum.

Caput ſubtriangulare, oculis glabris prominulis.

Antennae ſetaceae, nigrae, thorace longiores.

Maxillae nigrae.

Thorax lineari-oblongus, linea nigra utrinque ab oculis ad baſin thoracis ducta.

Alae quatuor, ſubaequales, deflexae, obtuſae, coſta elevata et linea a coſta fere ad apicem extra quam margo productus venis parallelis, hyalinae, venis reticulatis, maculis duabus luteſcentibus obſoletis, una ante, altera pone medium, corpore multo latiores et duplo longiores.

DISSERTATIO
SISTENS
NOVAS INSECTORUM SPECIES.
PARS II.

D. 23. APR. 1783.

RESP.

JOHANNES M. EKELUND.

CIMEX.

Roſtrum inflexum.

Pedes curſorii.

C. ACAROIDES: *ſcutellatus, ater thorace, ſcutello, abdomineque albo-marginatis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *C. ſcarabaeoidis*, totum aterrimum, nitidum, convexum.

Caput ſubemarginatum; intra apicem maculae binae, luteae, pellucidae et tria puncta minima lutea ſulcum longitudinalem circumſtantia.

Antennae triarticulatae, filiformes, luteae.

Thorax et *ſcutellum* immaculata, laeviſſima, margine undique luteo-alba.

Scutellum totum abdomen tegens.

Pedes toti lutei, inermes.

C. SIL-

C. SILPHOIDES: *ſcutellatus, niger thorace poſtice, ſcutello antice, margine linea media maculisque duabus albis.*
De Gebloemde Schildwantz Stoll. Cimic. p. 19. Pl. IV. 21.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *C. baccarum*, ovatum, glabrum, *facie Silphae.*
Caput anguſtum, marginatum, antice acuminatum, medio linea elevata, nigrum, punctatum.
Antennae ſub oculis filiformes, ſenſim latiores, thorace breviores, nigrae.
Thorax convexus, non marginatus, pro capite exciſus, punctatus, niger: margo anticus et laterales, et poſtice dimidia pars thoracis alba.
Scutellum magnitudine et latitudine abdominis, nigrum, punctatiſſimum, obtuſum. Margo exterior a medio ad apicem et linea media alba: baſis late alba et ad ſingulum latus macula magna ſubcordata alba.
Hemelytra nigra, margine albo.
Alae breviores, nigrae.
Pectus nigrum margine antico albo.
Abdomen albidum lateribus nigris.
Pedes toti nigri.
C. DIOPHTHALMUS: *ſcutellatus, ruber thorace punctis duobus nigris, pedibus cyaneis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine fere *Scarabaei ſtercorarii*, ovatum, exceptis antennis, pedibus et punctis, teſtaceo-rubrum, glabrum.
Antennae filiformes, nigrae. *Oculi* nigri.
Thorax verſus marginem anticum punctis duobus nigris notatus.
Puncta duo in ſingulo latere pectoris cyanea.
Pedes toti cyanei, inermes, tibiis angulatis.

C. MULTIPUNCTATUS: *ſcutellatus, ruber thorace ſcutelloque punctis minutiſſimis plurimis nigris.*

De Kaneel Kleurige Schildwantz. Stoll. Cimic. p. 40. Pl. IX. 60.

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *C. griſei*, ovatum, convexum, glabrum ſupra rufum, ſubtus griſeum.

Caput rubrum, obtuſum oculis nigris.

Roſtrum inflexum, rubro nigroque varium.

Antennae filiformes articulis tribus oblongis nigro rubroque variis, thorace breviores.

Thorax laevis, inermis, antice ruber, poſtice teſtaceus, convexus, punctis minimis plurimis ſparſis nigris.

Scutellum totum abdomen tegens, obtuſum, baſi media rubrum, poſtice teſtaceum, convexum, punctis plurimis ſparſis nigris minimis.

Hemelytra nigra, margine baſeos rufeſcente.

Pedes inermes, rufeſcentes.

Pectus et abdomen albida, atomis punctorum minimorum nigrorum griſea.

C. GRANDIS: *ſcutellatus, rufus maculis thoracis tribus ſcutellique quinque nigris.*

Habitat in India orientali.

Magnitudine fere *Scarabaei ſtercorarii*, oblongus, convexus, glaber, ſubtus violaceus, ſupra ſanguineus maculis atris.

Caput cyaneum, medio linea nigra.

Antennae filiformes, nigrae.

Thorax valde convexus, ſanguineus; margo anticus anguſtiſſime cyaneus; margo poſticus niger: in ſingulo latere punctum nigrum et in medio macula magna atra.

Scutellum abdomen tegens, obtuſum, glaberrimum, convexum, ſanguineum, baſi nigrum,

quae

quae nigredo cum thoracis nigredine confluit. Maculae quinque nigrae: una in medio prope basin rotunda; duae pone hanc versus latera oblongae, transversales; una pone has in medio transversa uti fascia et una intra apicem rotunda.

Pedes nigri.

In medio *abdominis* saepe macula sanguinea.

Differt a C. Druraei situ et numero maculorum.

C. LILIGERUS: *scutellatus, ferrugineus scutello punctis nigris duobus, fasciaque undulata albida.*

De Lelydraagster. Stoll. Cimic. p. 40. Pl. IX. 59.

Habitat prope Swartkops Zoutpan in promontorii bonae spei interioribus regionibus.

Corpus magnitudine *C. Stockeri*, ovatum, convexum, glabrum, ferrugineum.

Rostrum nigrum, inflexum.

Antennae filiformes.

Thorax laevis, inermis.

Scutellum totum abdomen tegens, obtusum, intra basin in utroque latere punctum nigrum; pone medium maculae tres angulatae, albae, transversae, saepe confluentes et fasciam undulatam formantes.

Hemelytra nigra, margine exteriori ferruginea.

Alae hyalinae, minores.

Pectus, abdomen et pedes pallidiora.

C. GUTTIGERUS: *scutellatus, cinereus scutello basi punctis duobus albis.*

Habitat in Japonia.

Magnitudine C. Scarabaeoidem vix superat.

Caput fuscum antennis filiformibus cinereis.

Thorax convexus, obtuse spinosus, punctatus, cinereus.

Scutellum abdomen fere totum obtegens, obtusum punctis impressis frequentissimis, subrugosum. cinereum, basi externe puncto utrinque albo.
Hemelytra angusta, cinerea impresso-punctata.
Pectus et abdomen nigra.
Pedes cinerei, inermes.

C. SPINIFEX: *spinosus, linearis, cinereus scutello, bispinoso.*

Corpus lineare facie et magnitudine *C. tipularii*, totum cinereum.
Caput triangulare, postice attenuatum.
Antennae filiformes, longitudine fere corporis.
Thorax sulco transverso divisus, antice muricatus, postice spina tenuissima acutissima horizontaliter exstanti notatus.
Scutellum duplici spina tenui setacea notatum, quarum ultima longior, incurva.
Abdomen anterius angustatum.
Pedes aequales, filiformes, villosi.

C. HISPIDUS: *spinosus, oblongus, griseus thorace, capite pedibusque hispidis.*
Habitat in Indiis.
Corpus oblongum, totum cinereum, fusco-maculatum, longitudine *C. annulati*, sed duplo angustius.
Caput triangulare, postice attenuatum, teretiusculum, uti *thorax*, *pectus* et *pedes* aculeato-hispidum.
Antennae filiformes.
Rostrum arcuatum, inflexum.
Thorax bilobus, postice utrinque spina acuta.
Abdomen oblongo-ovatum margine elevato et nigro-maculato.

C.

C. ACUTUS: *ſpinoſus, linearis, cinereus thoracis margine albido, abdomine punctis ſex nigris.*
Magnitudine et *facie C. clavati*, cinereus.
Antennae filiformes, longitudine fere corporis, baſibus articulorum pallidioribus.
Thorax convexus, tenuiſſime punctato-rugoſus, obſolete ſpinoſus, margine albido.
Abdomen pallidum maculis tribus utrinque fuſcis majuſculis.
Pedes aequales, inermes, glabri.

C. CLAVATUS: *ſpinoſus, lineari-oblongus, ferrugine femoribus poſticis incraſſatis, ſcutello immaculato.*
Habitat in Japonia.
Corpus lineari-oblongum, teſtaceum, magnitudine *C. annulati* ſed paullo anguſtius.
Caput triangulare oculis prominulis.
Antennae filiformes, corpore dimidio breviores.
Thorax punctis minimis nigris muricatus, antice declivus, poſtice acute ſpinoſus.
Scutellum immaculatum, uti et *elytra*.
Pectus et abdomen punctis nigris minimis absque ordine ſparſis.
Femora poſtica elongata et incraſſata, interne 3-ſpinoſa.

C. JACULUS: *ſpinoſus, linearis, fuſcus femoribus poſticis incraſſatis ſpinoſis, ſcutello linea alba.*
Magnitudine et *facie C. piloſi*, totus fuſco-ferrugineus, tenuiſſime villoſus.
Antennae filiformes, corpore dimidio breviores.
Thorax antice parum declivus, poſtice ſpinoſus. tenuiſſime punctato-rugoſus.
Scutellum nigrum, linea longitudinali alba.
Pectus latere ſuperiori rufeſcens.

Femo-

Femora poſtice elongata et incraſſata, interne ſpinulis minimis ſerrulata; tibiae incurvae, apice uniſpinoſae.

C. PILOSUS: *ſpinoſus, linearis, ferrugineus linea capitis pectorisque lateralis albida.*

Corpus lineari-oblongum, *C. clavato* paullo minus, ſupra ferrugineum, ſubtus pallidum, linea lateralis utrinque capitis et interrupta pectoris albida.

Antennae filiformes.

Thorax antice declivus, poſtice ſpinoſus.

Apex *ſcutelli* albus.

Femora poſtica elongata et incraſſata, villoſa, interne ſpinis pluribus armata.

C. VILLOSUS: *ſpinoſo-tuberculatus, totus piceus villoſus.*

De Bonte Ruygpoot. Stoll. Cim. p. 57. Pl. XIII. 90.

Corpus C. annulato majus, oblongum, totum piceum.

Villoſae ſunt *antennae* filiformes, *roſtrum* arcuatum, *thorax, abdomen* et inprimis *pedes.*

Thorax antice lobatus cruce impreſſa, poſtice tuberculatus et obſolete ſpinoſus.

C. CRUX: *ſpinoſus, niger thorace flavo: cruce nigra.*

Het Swarte Kruis. Stoll. Cimic. p. 43. Pl. IX. 65.

Habitat prope Swartkops Zoutpan in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *C. perſonati*, oblongum.

Caput nigrum roſtro arcuato, inflexo, nigro.

Thorax convexus, rotundatus, luteus cruce impreſſa nigra, noduloſus obſolete ſpinoſus.

Scutellum breviſſimum, bicalloſum, nigrum.

Hemelytra breviſſima, lutea; membrana fere totum elytron conſtituens, nigra, immaculata.

Pectus

Pectus atrum.
Abdomen nigrum, subtrigonum medio macula magna et marginibus elevatis flavis.
Pedes nigri, tibiis anticis luteo nigroque lineatis.
Femora mutica.
C. PUNGENS: *spinosus, oblongus, supra fuscus, subtus albidus pectore abdominisque lateribus nigro-punctatis.*
Habitat in promontorio bonae spei Africes.
Corpus magnitudine *C. annulati*, oblongum, glabrum, supra cinereum punctis fuscis copiosissimis adspersum, subtus albidum.
Antennae filiformes corporis dimidia longitudine, articulis quatuor, quorum baseos totus fuscus, 2 et 3 basi rubri, apice fusci; 4 totus rufus et paullo crassior.
Thorax postice utrinque in spinam acutissimam exstantem productus, antice declivus.
Scutellum breve apice nigro.
Pectus utrinque punctis duobus nigris parvis notatum.
Abdominis margines utrinque punctis tribus nigris.
Femora inermia, cinerea.
Tibiae et plantae fusco-cinereae.
C. NOTATUS: *spinosus, oblongus, supra ferrugineus, subtus cinereus abdomine sextuplici serie punctorum nigrorum.*
Habitat in promontorio bonae spei.
Corpus vix magnitudine *C. annulati*, oblongum, glabrum, fusco-ferrugineum, punctis frequentissimis impressis subrugosum, subtus cinereum.
Antennae filiformes, immaculatae, longitudine dimidia corporis, ultimo articulo crassiori.
Thorax antice declivus, postice elevatus, in spinam utrinque acutam productus; spina postice subserrato-scabra, supra fusca.

Scutel-

Scutellum breve, acutum, immaculatum.
Pectus et *abdomen* latere utroque serie triplici punctorum minutissimorum nigrorum notata.
Pedes cinerei, inermes.

C. TRIGONUS: *spinosus, testaceus hemelytris scutelloque puncto albo.*
De Bont-Spriet. Stoll. Cimic. p. 50. Pl. XI. 78, 79.
Habitat in Japonia et Surinamo.
Magnitudine C. abietis totus flavo-cinerascens seu pallide testaceus, subtrigonus, glaber, impresso-punctatus.
Antennae filiformes, articulorum quatuor, articulo ultimo breviori et crassiori.
Caput supra punctis duobus minutissimis nigris.
Thorax antice declivus punctis duobus minutis nigris, postice acute spinosus.
Scutelli apex ultimus et *hemelytron* singulum ad angulum ani puncto minuto albo.
Abdomen obsolete carinatum, serie triplici punctorum nigrorum.
Femora et *tibiae* inermes.

C. MURICATUS: *spinosus, oblongus, cinereus, muricatus tibiis posticis basi dilatatis.*
Habitat in Africes bonae spei promontorio.
Corpus magnitudine *C. hyoscyami*, ovato-oblongum, totum cinereum et muricatum.
Caput linea elevata.
Oculi minimi, fusci.
Antennae filiformes, thorace paullo longiores, pilis brevibus erectis undique hispidae, articulis quatuor quorum ultimis ovatus, tres infimi subtertagono-agulati cum sulco impresso.
Thorax antice declivus, postice dilatatus et in spinam latiusculam productus, medio linea ele-

elevata obtusa carinatus, margine ciliato-serratus, supra undique tuberculis exasperatus.
Hemelytra scabra, margine baseos ciliata: membrana hyalino-cinerea punctis minimis fuscis.
Pedes undique tuberculis parvis setigeris muricati.
Femora postica longiora et crassiora.
Tibiae posticae compressae, basi intus dilatatae.
Similis C. femorato tibiis posticis compressis, sed hic multoties minor, undique muricatus et *thorace* postice spinosus.

C. UNIPUNCTATUS: *spinosus, oblongus, testaceus puncto singuli hemelytri nigro.*
Habitat in Japonia.
Magnitudine C. trigono plus duplo major, oblongus, glaber, supra testaceus, subtus subcinereus.
Caput emarginatum.
Antennae filiformes, corpore dimidio breviores, quadriarticulatae.
Thorax antice declivus, postice obsolete spinosus, marginatus subtilissime punctatus.
Hemelytra in medio puncto minuto nigra.
Pectus utrinque punctis duobus minimis nigris.
Pedes inermes.

C. THORACICUS: *spinosus, oblongus, viridi-aureus thoracis margine luteo.*
De Goudglandzige Wantz. Stoll. Cimic. p. 38. Pl. VIII. 55. A.
Habitat in India orientali et Surinamo.
Corpus magnitudine *C. annulati*, sed longius, supra aureo-viride, subtus flavescens, glabrum.
Caput punctis duobus flavis inter oculos.
Rostri basis flava.
Thorax antice declivus, attenuatus et rotundatus, postice in spinam horizontalem acutam exiens;

exiens; saturate viridis punctis micantibus elevatis; linea curva a margine antico ad spinas lutea.

Scutellum et *hemelytra* venis elevatis, punctatis, nitidis.

Pectus utrinque lineis tribus viridibus.

Abdominis margo maculatus.

C. ANALIS: *spinosus, oblongus, viridis abdomine rubro, ano nigro.*

Het Swart Gatje. Stoll. Cim. p. 46. Pl. X. 72. B.

Habitat in India orientali et Surinamo.

Magnitudo C. thoracici, sed paullo latior.

Antennae filiformes, nigrae, articulis basi albis, corpore dimidio breviores.

Stemmata duo glauca inter oculos.

Thorax convexus, viridis, subrugosus, antice punctis glomeratis elevatis muricatus, postice obsolete-spinosus, margine omni flavescens.

Scutellum breve, viride: margine flavescente.

Hemelytra obscure viridia venis elevatis, virentibus.

Pectus femora et *anus* nigra.

Abdomen subtus et supra sanguineum.

Femora postica incrassata, spina valida curva alba in medio, et *tibiae* albae, infra basin spina minori armatae.

C. TRANSVERSUS: *spinosus, rotundatus, viridis capite thoraceque antice flavis.*

Habitat in Africa, in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *C. juniperini*, ovatum, depressiusculum, impresso-punctatum, totum viride, glabrum.

Caput antice pallide luteum, sulco duplici tenuissimo impresso, postice viride.

Rostrum

Roſtrum inflexum, longitudine pectoris, viride extus linea fuſca.
Antennae filiformes.
Thorax convexus, productus medio in angulos utrinque obtuſos, viridis margine antico pallide luteo.
Scutellum longitudine dimidia abdominis obtuſiuſculum, immaculatum.
Hemelytrorum membrana hyalina, tenuiſſima, immaculata; *alae* hyalinae.
Femora inermia, *tibiis* angulatis.

C. HUMERALIS: *ſpinoſus, ovatus, viridis hemelytris baſi luteis.*
C. juniperino quadruplo major, quadrangulari-ovatus, ſupra ſaturate, ſubtus pallide viridis, impreſſo-punctatus.
Thorax antice declivus, medio in angulos alatos, acutos, integros productus.
Scutellum longius abdomine dimidio, obtuſum.
Hemelytra baſi linea lutea in ipſo margine.
Abdomen ſerratum ſerraturis nigris, ano quadridentato.
Femora inermia.

C. SUBULATUS: *ſpinoſus, ovatus, viresſcens ſcutelli linea elevata ſubulata.*
Magnitudine et *facie C. humeralis*, ſupra fuſco-viridis, ſubtus albidus, obſolete et tenuiſſime punctatus.
Caput, antennae, thorax antice flaveſcentia.
Thorax antice declivus, medio in angulos obtuſiuſculos productus, marginatus.
Scutellum flavo-viresſcens, longitudine dimidia abdominis, medio linea elevata, ſubulata, baſin non attingente, ſpinoſum.
Hemelytra venis elevatis.

Abdomen supra violaceum, nitidum, margine serratum, ano acute quadridentato.
Femora inermia.
C. COMMA: *spinosus, rotundatus, cinereus scutello linea flava.*
Habitat in capite bonae spei.
Corpus magnitudine *C. baccarum*, ovatum, totum fusco-ferugineum seu cinereum, punctis impressis fuscis copiosissimis adspersum.
Caput emarginatum, serratum.
Antennae filiformes, rufescentes apice nigro, longitudine thoracis.
Thorax convexus, postice productus in angulum utrinque obtusum, postice truncatus.
Scutellum longitudine fere abdominis, obtusum, linea longitudinali flavescente.
Femora mutica.
C. RETICULATUS: *spinosus, ovatus, cinereus, nigro varius, thorace serrato.*
Stoll. Cimic. Pl. XVI. 111.
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *C. baccarum*, depressiusculum, ovatum, glabrum.
Caput, thorax, scutellum et *elytra* fusco-cinerea lineis anastomosantibus punctisque impressis nigris varia.
Subtus omnia cinereo-fusca.
Caput serratum, emarginatum *oculis* nigris.
Antennae filiformes, rufescentes.
Thorax planiusculus, postice elatior et in spinam utrinque obtusam, crenatam productus, lateribus serrulatus.
Scutellum abdomine dimidio brevius, obtusum.
Hemelytra integra membrana hyalina, nigris venis pulcherrime reticulata. *Alae* nigrae.
Pectus lateribus lunulis fuscis.

Pedes

Pedes toti cinerei, femoribus inermibus et tibiis angulatis.

C. FULLO: *ſpinoſus, ovatus, niger, albo-irroratus, capite thoraceque linea alba.*

Habitat in Japonia, in inſula Dezima ſatis vulgaris.

Magnitudine ſuperat *C. rufipedem*, totus uti *Scarabaeus fullo* niger, maculis albis irregularibus minutis imprimis ſupra irroratus et impreſſis varioloſus.

Caput ferratum marginibus et linea media albis.

Antennae filiformes, longitudine thoracis nigrae.

Thorax convexus, marginatus, linea media et margine tenuiſſime crenulato-albis, poſtice obſolete ſpinoſus.

Scutellum longitudine dimidia abdominis.

Hemelytra in medio immaculata.

Abdominis margines albo nigroque maculati.

Pedes albo et nigro alternatim maculati.

C. TIBIALIS: *ſpinoſus, ovatus, brunneus, albo fuſcoque lineatus, ſcutello maculis tribus albis.*

Magnitudine C. baccarum, ovatus, depreſſus, glaber, brunneus lineis nigris et albis ſparſis.

Caput lineis quatuor albis, duabus intermediis baſin non attingentibus.

Thorax convexus, lateribus albus, linea intra marginem utrinque et in medio fuſca, albo-irrotatus, acute ſpinoſus.

Scutellum longitudine dimidia abdominis, fuſcum apice albo, maculis baſeos duabus albis, obſoletis.

Hemelytra albo-irrotata, linea fuſca marginis exterioris inter lineas albas tenuiores collocata.

Abdomen ferratum, ferrugineum lineis albis.

Pedes inermes: *femora* et *tibiae* posticorum parum incrassata, elongata.

C. SULCATUS: *spinosus, ovatus, cinereus, fusco-nebulosus abdomine sulcato.*

De Spitskop. Stoll. Cimic. p. 33. Pl. VI. 47.

Habitat in India orientali, in Coromandelia et alibi.

C. baccarum paullo major, ovatus, depressus, supra totus cinereus lineis tenuissimis et punctis irregularibus, punctisque impressis nigris nebulosus, uti et subtus, licet ibi abdomen pallidius.

Caput productum, serratum, rostro longitudine fere corporis.

Thoracis margo antice crenulatus, postice spinosus.

Scutellum abdomine dimidio longius, obtusiusculum.

Abdomen serratum serraturis nigris, medio sulco longitudinali.

Femora et *tibiae* inermes.

C. FUSCUS: *spinosus, oblongus, ferrugineo-fuscus antennis pedibusque hirsutis.*

Magnitudo fere *C. valgi*, oblongus, totus cinereo-fuscus.

Antennae filiformes pilis densissimis brevibus totae hirtae, corpore dimidio breviores.

Thorax antice declivus, postice elevatus in alas obsolete spinosas, subrugosus.

Hemelytrorum apices fusco-maculati.

Abdomen supra concavum, hemelytris latius, subserratum, margine flavo nigroque maculatum et tenuissime ciliatum.

Pedes inermes, aequales, toti uti antennae hirsutae.

C. SORDIDUS: *spinosus, cinereus thorace denticulato, antennis pedibusque piloso-hispidis.*

Habi-

Habitat in Japonia.
Magnitudine C. marginati, totus ſordide cinereus.
Antennae et *pedes* pilis hiſpidis.
Thorax valde declivus, obſolete ſpinoſus, denticulatus.
Hemelytrorum membrana nigra.
Femora poſtica incraſſata.
Abdomen ſupra ſanguineum, marginibus eleuatis.

C. JAVANICUS: *ovatus, luteus ano obtuſo, antennis pedibusque ferrugineis.*
De Iavaner. Stoll. Cimic. p. 9. Pl. I. 2.
Maximos inter Cimices, aeque fere latus ac longus, totus luteus, immaculatus, glaber.
Antennae filiformes, compreſſae, brunneae.
Thorax convexus, rotundatus, poſtice anguſtatus et transverſus.
Abdomen ſerratum, *ano* obtuſiſſimo.
Pedes omnes angulati, brunnei, femoribus ſpinoſis prope articulum.

C. CHINENSIS: *ovatus, flaveſcens ano quadridentato, ſterno porrecto.*
Habitat in Japonia et China.
E maximis hic Cimex ſingularis ſterno ſuo porrecto, ovatus, glaber, totus immaculatus, cinereo-flaveſcens.
Antennae filiformes, compreſſae, uti *pedes* angulati, paullo obſcuriores.
Sternum planatum, porrectum.
Abdomen ſerratum *ano* quadridentato.
Femora prope genu ſpinoſa.
Similis C. Iavanico: antennis compreſſis, *ſterno* porrecto et colore luteſcente; differt vero quod minor et anus quadridentatus.

C. BRUNNEUS: *ovatus, ſupra brunneus, ſubtus fuſcus antennis piloſis.*

Habitat in India orientali.

C. rufipede paullo major, ovatus, glaber.

Caput fuscum *oculis* prominulis nigris.

Antennae compressae, pilosae.

Thorax marginatus, *scutellum* obtusum et *elytra* brunnea, tenuissime subrugosa.

Pectus et *abdomen* fusco-ferrugineum, serratum.

Pedes magis fusci; *femora* ciliato-serrata; *tibiae* angulatae, villosae.

C. INCARNATUS: *ovatus, ruber thorace antice hemelytris sicut lloque maculis duabus violaceis.*

De Incarnaat Kleurige Wantz. Stoll. Cimic. p. 14. Pl. II. 10. A.

De Oranije Kleurige Wantz. Stoll. Cimic. p. 29. Pl. VI. 39.

Cimex aurantius. Sulzer Gesch. inf. p. 96. N. 10. t. 10. fig. 100.

Cimex incarnatus. Drury inf. Tom. 2. p. 67. tab. 36. fig 5.

Habitat in Bengala, Coromandelia, Ceilona et alibi.

Inter maximos *Cimices* numerandus, ovatus, supra sanguineus, subtus luteus, glaberrimus.

Caput nigrum *oculis* piceis, rostro antennisque filiformibus, nigris.

Thorax convexus, marginatus, marginibus antico et lateralibus violaceis.

Scutellum longitudine dimidia abdominis, acutum, basi maculis duabus quadratis, violaceis.

Hemelytra maculis duabus quadratis et apicibus violaceis.

Pectus et *abdomen* luteum maculis marginalibus violaceis.

Sternum porrectum acumine brevi.

Pedes angulati, nigri.

Maculae scutelli interdum obsoletae.

C. AN-

C. ANCHORA: *rotundatus, thorace hemelytrisque maculis ſex nigris, ſcutello anchora alba.*
Habitat in Iaponia et China.
Magnitudine C. griſei, rotundus, convexus, ſupra ſanguineus, ſubtus luteus, glaber.
Caput linea apicis et baſeos non cohaerentibus, margine poſtico et *oculis* nigris.
Thorax convexus, lateribus ſanguineus, medio luteus, antice maculis duabus oblongis, poſtice quatuor quadratis nigris.
Scutellum longitudine fere abdominis, obtuſum, nigrum figura anchorae alba medio rubra.
Hemelytron ſingulum maculis tribus atris, membrana nigra, apice albo.
Pectus et *abdomen* luteo-alba ſerie ſextuplici macularum nigrarum ſubquadrangularium.
Pedes inermes, rubri, *femoribus* puncto nigro.
Differt a C. Cruciato colore, maculis et figura.

C. FIMBRIATUS: *rotundatus, niger thoracis elytrorumque marginibus rubris.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *C. oleraceo* paullo majus, ovatum, depreſſiuſculum, glaberrimum.
Caput atrum, ſubemarginatum.
Antennae filiformes, ultimis duobus articulis paullo craſſioribus, atrae, longitudine thoracis.
Thorax convexus, inermis, impreſſo-punctatus, ater marginibus lateralibus et poſtice rubris.
Scutellum longitudine dimidia abdominis, obtuſiuſculum, atrum.
Hemelytra impreſſo-punctata, atra, margine omni rufa, apicibus atris.
Abdomen atrum, immaculatum.
Pectus atrum faſcia obſcura ſanguinea.
Pedes atri, inermes, *tibiis* piloſis.

Varietas: α) *thoracis elytrorumque marginibus tenue rubris: fascia pectoris sanguinea unica obscura.*
β) *thoracis elytrorumque marginibus late rubris, abdominis marginibus medioque et pectoris fascia saturate sanguineis.*

C. VARIEGATUS: *rotundatus, nigro cinereoque varius, scutello punctis duobus flavis, capite thoraceque albo-lineatis.*

Corpus magnitudine *C. grisei*, ovatum, depressum, totum punctatissimum imprimis supra.

Caput nigrum, lateribus lineisque tribus albis.

Rostrum pallidum, subtus fuscum, inflexum.

Antennae filiformes, capitis *thoracisque* longitudine, articulis 5, fuscae, basi nigrae.

Thorax plano-convexus, marginatus, fusco-cinereus: antice emarginatus margine albo, pone illum marginem fascia nigra, puncto utrinque minimo albo; latera flava; antice macula flava; lineae quinque albae a fascia nigra ad marginem posticum ductae.

Scutellum basi nigrum, apicem versus cinereum linea cinerea: ante medium puncta duo flava.

Hemelytra nigra, venis elevatis cinereis: a basi linea flava, bifida et oblique introrsum ducta margine postico flavescente ut signum § referat.

Pectus et *caput* infra flavo-cinerea.

Abdomen flavescens margine anoque albidis; segmento singulo utrinque puncto nigro impresso minimo. Dorsum nigrum maculis marginalibus albis.

Pedes inermes, pallidi; *femora* ad genicula flavescentia, latere exteriori puncto minimo nigro.

C. VENOSUS: rotundatus, ruber, fusco-pictus, abdomine serie sextuplici punctorum nigrorum.

Habi-

Habitat in promontorio bonae ſpei.

Corpus magnitudine *C. oleracei*, ovatum, depreſſum, rubrum, ſubtus punctis nigris, ſupra punctis et atomis fuſcis, impreſſo-punctatum.

Caput integrum, margine lineisque duabus nigris.

Roſtrum inflexum, articulatum, pectore longius.

Antennae filiformes, nigrae.

Thorax rotundato-angulatus, muticus.

Scutellum longitudine dimidia abdominis, obtuſum.

Hemelytra margine fuſco-reticulata, apice hyalino: venis ſubramoſis, fuſcis.

Alae fuſcae linea intra marginem exteriorem a baſi ad medium rubra.

Femora rubra puncto nigro, inermia; *tibiae* fuſcae.

Pectus punctis utrinque tribus nigris.

Abdomen utrinque in margine punctis quinque nigris; praeterea ſeries punctorum nigrorum parvorum in ſingulo ſegmento unico intra marginem et juxta medium abdominis ſeries alia punctorum nigrorum.

C. COSTATUS: *ovatus, cinereus linea hemelytrorum nigra.*

Habitat in interioribus regionibus Capitis bonae ſpei.

Magnitudine C. oleraceo paullo major, totus cinereus, glaber, tenuiſſime impreſſo-punctatus.

Antennae filiformes.

Linea tenuis nigra in medio ſinguli *hemelytri*, apicem non attingens; apices nigri.

Femora inermia; *tibiae* piloſae.

C. CORNUTUS: *ovatus, depreſſus, cinereus thorace lineis tribus elevatis, antennis fuſiformibus.*

Habitat in Japonia.

Magnitudine et *facie C. cardui*, depreſſus; ſupra cinereus, nigro-reticulatus; ſubtus obſcurior ſeu ferrugineus, glaber.
Antennae erectae, fuſiformes, hirtae, longitudine thoracis, quatuor articulorum, quorum ultimi globoſi, fuſiformes.
Thorax convexus, marginatus, lineis tribus elevatis carinatus.
Differt facile a C. Cardui, cui valde ſimilis, antennis fuſiformibus et colore magis flaveſcente.

O. MELALEUCUS: *ovatus, ater hemelytris albis: maculis duabus nigris.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudine C. ſcarabaeoides, ovatus, totus ater, nitidus.
Antennae pallidae articulis ſenſim craſſioribus.
Thoracis margines laterales tenuiſſime albi.
Scutellum longitudine dimidia abdominis, immaculatum.
Hemelytra alba maculis duabus nigris, baſeos minori, apicis rhombea majori; apices albi.
Pedes pallidiores *tibiis* piloſis.

C. HIRTUS: *ovatus, ater, totus hirtus.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudine C. oleracei, ovatus, punctatus, ater, non nitidus.
Caput, thorax, ſcutellum, abdomen et *hemelytra* parum *pedesque* pilis erectis nigris hirſuta.
Femora craſſa, inermia.

C. NIGER: *ovatus, ater thorace tibiisque ciliatis.*
Habitat in Capite bonae ſpei et Indiis vulgaris.
Corpus magnitudine *C. oleracei* vel paullo majus, totum aterrimum exceptis apicibus *hemelytrorum* alisque lacteis, tenuiſſime punctatum, nitidum.

Caput

Caput marginatum, ſubemarginatum.

Antennae fuſcae, articulis ſenſim craſſioribus.

Thorax antice ſubretuſus et *elytra* margine pilis raris diſtinctis, imprimis vero *tibiae* pilis verticillatis ciliatae.

Femora craſſa, inermia, parum ciliata.

Variat magnitudine quadrupla et octupla.

C. CARNIFEX: *oblongus, rufus antennis roſtro tibiisque nigris.*

Cimex carnifex. Fabric. Syſt. Entomol. p. 781.

Habitat in Tanaceto chritmifolio, infra Tafelberg Cap. bon. ſp.

Magnitudine C. Rolandri, oblongus.

Caput rufum ſupra a medio ad roſtrum linea nigra glabra, oculi roſtrumque inflexum nigra, glabra.

Antennae filiformes, capite thoraceque paullo longiores, articulis quatuor nigris.

Thorax oblongo-quadratus, rufus, antice linea transverſa impreſſa: pone *thoracem* faſcia nigra: *Scutellum* rubrum.

Elytra rubra, laeviter rugoſo-punctata: membrana nigra.

Collum album.

Pectus rubrum, glabrum, lineis tribus transverſis albidis, deſinentibus ad femora in totidem puncta alba.

Abdomen totum rubrum, glabrum, inciſuris nigris ad latera.

Femora rubra, glabra, geniculis tibiisque nigris.

C. BILINEATUS: *oblongus, ſupra ſanguineus thorace elytris ſcutelloque albo-marginatis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus

Corpus magnitudine C. pratenſis, oblongum, glabrum.

Caput rufeſcens, medio ſulcatum, impreſſo-punctatum, conico-acutum.

Antennae articulis tribus fuſcis, infimo rubro, filiformes.

Roſtrum inflexum, cinereo-rufeſcens.

Oculi et margo *capitis* nigri.

Thorax angulatus, convexus, impreſſo-punctatus, linea media elevata, ruber marginibus lateralibus albis.

Scutellum longitudine dimidia abdominis, rubrum, albo-marginatum, linea elevata, impreſſo-punctatum.

Peſtus et *abdomen* livida ſeu cinerea.

Pedes cinereo-rufeſcentes. *Femora* mutica. *Digiti* unguiculati.

DISSER-

DISSERTATIO

SISTENS

NOVAS INSECTORUM SPECIES.

PARS III.

D. 25. MAJI. 1784.

RESP.

DAVID LUNDAHL.

CIMEX.

C. ADSPERSUS: *oblongus, subtus cinereus nigro-punctatus, supra ferrugineus, fusco marginatus.*

Corpus magnitudine *C. equestris*, oblongum, glabrum.

Caput subtus griseum, supra ferrugineum marginibus fuscis.

Rostrum cinereum, inflexum.

Oculi nigri.

Antennae filiformes articulis quatuor, infimo nigro, reliquis rubris apice nigris, ultimo toto rubro, corpore breviores.

Thorax angulatus, convexus, ferrugineus, marginibus niger, impresso-punctatus.

Hemelytra ferruginea, margine exteriori fusca, punctatissima.

Alae

Alae nigrae.
Scutellum breve, ferrugineum.
Pectus et *abdomen* cinerea, punctis minutis nigris adſperſa.
Pedes toti nigri *femoribus* muticis.
Dorſum abdominis rufeſcens ano ſupra nigro.

C. HASTICORNIS: *oblongus, rufus pectore abdomineque faſciis albis nigriſque, antennarum penultimo articulo compreſſo rotundato.*

Habitat in Aitonia Capenſi prope ſlangrivier promont. b ſpei. menſe Decembri.
Corpus magnitudine *C. perſonati*, oblongum, glabrum.
Caput teſtaceum *oculis* concoloribus vel fuſcis.
Roſtrum inflexum, fuſcum, pectore fere longius.
Antennae atrae articulis quatuor, quorum penultimus compreſſus, dilatatus et ſuborbiculatus eſt, corporis fere longitudine.
Thorax poſtice elevatus, inermis, teſtaceus.
Scutellum breve, obtuſum, teſtaceum.
Hemelytra in alterutro ſexu teſtacea, integra, in altero atra, membrana atra immaculata.
Pectus et *abdomen* ſanguinea; inciſurae ſingulae notae faſcia alba, cui adjacet faſcia nigra.
Pedes toti atri *femoribus* muticis.
Antennae in hac ſpecie quam maxime ſingulares.

C. HEXOPHTALMUS: *oblongus, ſupra cinereus, ſubtus albus pectore faſciis tribus ſanguineis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *C annulati*, oblongum.
Caput rubrum medio nigrum.
Oculi rufeſcentes: pone ſingulum oculum puncta duo elevata, altero glaberrimo.
Antennae filiformes, nigrae.

Tho-

Thorax convexus, postice elevatus, inermis, antice fascia nigra sub-abrupta, marginibus lateralibus et postico rubris, medio linea elevata, fusco-cinereus.
Scutellum breve, hemelytris concolor.
Hemelytra fusco-cinerea, margine prope membranam rufescente: membrana nigra.
Rostrum inflexum, nigrum, longitudine pectoris.
Pectus albidum fasciis tribus sanguineis, obsoletis.
Abdomen albidum, immaculatum.
Pedes toti nigri *femoribus* muticis.

C. AULICUS *β.* CROCATUS: *oblongus, luteo nigroque varius, elytris maculis quatuor, thorace duabus croceis.*

Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *C. equestris*, oblongum.
Caput nigrum, macula triangulari crocea.
Rostrum inflexum, nigrum.
Antennae filiformes, nigrae, pectore longiores.
Thorax convexus, rotundatus, inermis, ater, carinatus, margine antico maculis duabus subcontiguis transversis croceis.
Scutellum breve, atrum.
Hemelytra integra, atra: singulum macula duplici magna, crocea, una in basi, altera versus membranam: membrana nigra, maculis duabus albis.
Pectus et *abdomen* atra fasciis croceis.
Pedes toti atri, *femoribus* muticis.

C. SUPERSTITIOSUS: *oblongus, rufus thorace fascia nigra alba adjecta, elytris puncto nigro.*
Cimex superstitiosus. Fabricii spec. Injectorum 2. p. 364. Syst. Ent. p 719.
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *C. equestris*, oblongum, glabrum.

Caput

Caput rubrum, *oculis*, *roſtro* inflexo *antennisque* nigris.
Thorax quadratus, margine undique elevato, antico margine albo adjacente faſcia nigra.
Scutellum rubrum.
Hemelytra ſanguinea puncto in ſingulo unico et membrana nigris.
Pectus et *Abdomen* tota cincta faſciis albis et nigris.
Pedes nigri, *femoribus* muticis.

C. ALBIDUS: *oblongus*, *rubro nigroque varius membrana hemelytrorum nivea.*
De Zierlyke Witgetipte Wantz. Stoll. Cimic. p. 50. t. 2. fig. 80.
Habitat in Capite bonae ſpei et Surinamo.
Corpus magnitudine *C. equeſtris*, totum punctis lineisque rubris nigrisque varium.
Antennae, *roſtrum*, *ſcutellum* et *pedes* inermes toti nigri.
Caput nigrum linea poſtice nigra.
Thorax niger, lateribus antice puncto utrinque rubro, marginibus lateralibus et poſtico, lineaque media rubris.
Hemelytra rubra, margine externo et poſtico nigris, linea nigra intra marginem interiorem et alia in medio cum puncto in diſco; membranae tenuiſſimae, niveae.
Pectus nigrum, punctis utrinque tribus coccineis.
Abdomen rubrum inciſuris tenuiſſime nigris et in utroque latere ordo duplex punctorum nigrorum.

C. ANDREAE: *oblongus*, *ſanguineus hemelytris nigris*, *thorace cruce impreſſa.*
Varietas β. thorace nigro, *oblongus*, *C. annulato longior*, *totus glaber.*

Habi-

Habitat in Japonia.
Nigra nitida ſunt *caput*, *roſtrum* inflexum, *antennae*, *inciſurae abdominis*, *pedes*, *pectus*, *thorax*, *anus*.
Thorax 4-lobus cruce impreſſa.
Scutellum bicalloſum.
Hemelytra atra, obſcura, tenuia, immaculata.
Abdomen ſanguineum, lateribus poſtice violaceo-nigris.
Baſis femorum inermium rubra, et *baſis hemelytrorum* alba.

C. PURPUREUS: *oblongus*, *ſanguineus capite membrana hemelytrorum pedibusque nigris*.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus oblongum, ſtatura *C. annulati* ſed multo anguſtius, ſanguineum, immaculatum, glaberrimum.
Nigra ſunt *antennae* filiformes, *roſtrum* inflexum, *caput* triangulare, *pedes* et *membrana hemelytrorum*.
Pedes inermes, villoſi.
Macula hemelytrorum rotunda, non exiensque ad apices, qui hyalini ſunt.

C. COLON: *oblongo-ovatus*, *rubro nigroque varius membranis hemelytrorum albo: puncto nigro*.
Habitat in Japonia.
Magnitudine C. campeſtris, ovato-oblongus, poſtice latior, rubro nigroque maculatus.
Antennae filiformi-clavatae.
Hemelytrorum membrana hyalina puncto minuto nigro.

C. AUGUR: *oblongus*, *rufus antennis*, *alis pedibusque nigris*.
De Pedel Wantz. Stoll. Cim. p. 73. t. 18. fig. 124.

De Roode Ringvalz. ibid. p. 57. t. 13. fig. 89. hujus varietas videtur.

Habitat in Capite bonae ſpei, China et Coromandelia.

Corpus C. equeſtris majus, oblongum.

Caput triangulare, totum rubrum.

Thorax quadratus, poſtice latior, depreſſus, linea transverſa impreſſa.

Hemelytra rubra, immaculata.

Abdomen ovatum ſeu poſtice craſſius, obtuſum.

Var. α) *totus ſanguineus, exceptis antennis, membranis hemelytrorum et tibiis nigris.*

β) *ſupra ſanguineus, antennis, roſtro, pectore, inciſuris abdominis albis, pedibus et membranis hemelytrorum nigris.*

γ) *Supra rufus, ſcutello, thorace antice apicibusque antennarum nigris; ſubtus pectore, roſtro, abdomine pedibusque nigris. Abdomen poſtice nigrum; membranae hemelytrorum niveae punctis duobus fuſcis.*

δ) *Hemelytris rubris membranis albis, thorace, pectore, baſi abdominis, baſi ſcutelli, antennis in medio pedibusque nigris: Abdomen apice rubrum: faſcia alba in pectore utrinque.*

C. DEUSTUS: *oblongus, rufo-fuſcus ſcutelli apice, thoracis abdominisque marginibus rubris.*

Corpus magnitudine *C. hyoſcyami*, oblongum.

Caput cum *oculis* nigrum: *roſtrum* inflexum articulis quatuor, ſubulatum, nigrum.

Antennae nigrae, filiformi-clavatae articulis quatuor, ultimo craſſiori, cinereo.

Thorax marginatus, niger, marginibus lineaque a medio ad marginem poſticum rubris.

Scu-

Scutellum nigrum, apice rubro.
Hemelytra rufescenti-fusca, quasi deusta, lateribus rubris.
Pectus nigrum lineis transversis punctisque ad basin femorum totidem rubris.
Abdomen nigrum, marginibus medioque rubris.
Pedes omnes nigri, *femoribus* dentatis ad genicula.
Similis de Roodgerande Wantz. Stoll. Cimic. p. 56. Pl. XIII. 87. sed diversus.

C. NEBULOSUS: *oblongus, flavescens thorace lineis quatuor, hemelytris fasciis tribus fuscis.*
Habitat in promontorio bonae spei.
Statura et magnitudine C. campestris, oblongus, totus pallide flavus, glaber.
Thorax convexus lineis quatuor fuscis.
Scutellum lineis duabus fuscis.
Hemelytra fasciis tribus, obliquis, fuscis.

C. CAFFER: *oblongus, niger thorace fascia alba, hemelytris ferrugineis: maculis quatuor albis.*
Habitat in Capite bonae spei.
Magnitudine et *statura C. arenarii*, oblongus, glaber.
Caput triangulare, nigrum.
Antennae basi rufescentes, apice nigrae.
Thorax convexus, niger, postice fascia alba cum puncto nigro in angulo.
Hemelytra ferruginea, obscure albo-striata: punctum album intra apicem, cui antice adjacet punctum nigrum; membrana nigra: macula alba in apice.
Pectus, *abdomen* et *pedes* atra, fascia alba in pectore et alia in anteriori parte abdominis.

C. ANGUSTATUS: *linearis, niger capite thoraceque elongato.*

Corpus magnitudine *C. tipularii*, lineare, totum atrum, glabrum.

Antennae trium articulorum, filiformes, tenuiſſimae.

Caput elongatum, antice triangulare, poſtice teres.

Roſtrum ſetaceum.

Oculi ab antennis remoti, medii inter caput et thoracem.

Thorax parum inaequalis.

Pedes ſetacei, longi, *femoribus* rufis, tibiis nigris.

C. OCELLATUS: *ſcutellatus, ſupra purpureus thorace ſpinoſo, ſcutello ocellis ſenis.*

Habitat in Japonia et China.

Magnitudine C. rufipedis, oblongus, convexus.

Caput purpureum baſi lineaque violacea.

Thorax convexus, purpureus, angulis dilatatis ſpinoſis, ſpina acuta recurva nigra, antice puncta quatuor minuta nigra, poſtice maculae quatuor luteae.

Scutellum totum abdomen tegens, convexum, obtuſum, purpureum, ocellis ſenis iride flava. quorum tres juxta baſin, duo in medio transverſaliter oblongi, et unus infra apicem ſaepe caecutiens.

Antennae, *caput* ſubtus, *pectus* violacea.

Femora antica rufa, poſtica baſi rubra, ceterum *pedes* violacei.

Abdomen rubrum punctis marginalibus quatuor violaceis.

MANTIS.

Os maxilloſum.

Antennae ſetaceae.

Thorax linearis, elongatus.

Pedes raptorii.

M. IA-

M. LABIATA: *linearis, virescens, inermis, capitis lateribus viridibus.*
Habitat in India orientali.
Corpus lineare, inerme, glabrum, flavo-virescens.
Caput oblongo-quadratum medio sulco tenui, virescens, marginibus lateralibus viridibus.
Antennae basi luteae, inde virides, longitudine thoracis, filiformes.
Thorax lineari-convexus, inermis, viridi-flavescens, antice margine utroque saturate viridi.
Pedes angulati, simplices, inermes, virides.
Alatum insectum non vidi.

M. PAUPERATA: *thorace apice dilatato spinuloso, femoribus lobo simplici terminatis.*
Mantis Pauperata Fabricii spec. inf. T. 1. p. 346.
Habitat in India orientali.
M. Gongylode paulo minor et angustior.
Capitis vertex productus, subulatus, bifidus, cinereus.
Thorax lineari-trigonus, apice alatus, remote spinulosus, cinereus, pollicaris.
Hemelytra pallide virescentia, margine exteriori viridi; ante medium linea, commae signo similis, albida.
Pedes cinerei fasciis fuscis: *femora* antica spina, reliqua ala simplici in latere externo notata.
Anus serratus.

M. MACULATA: *cinerea thorace alato spinuloso, pedibus intus nigro-maculatis.*
Habitat in Japonia.
Corpus lineare, cinereum, glabrum, bipollicare.
Caput deflexum, retusum.
Antennae setaceae thorace duplo breviores.
Thorax trigonus, marginatus, antice alatus, spinosus, longitudine fere dimidia corporis.

Hemelytra cinerea, immaculata, reticulata.
Pedes antici raptorii, compreſſi, angulati; *femora* et *tibiae* latere interiori macula et ſpinis nigris.

M. NASUTA: *cinerea thorace inermi, capite conico integro.*
Habitat in Capite bonae ſpei et India orientali.
Linearis, inermis, glabra, cinerea, ſeſqui-pollicaris.
Caput productum, horizontale, conicum, integrum, (nec bifido vertice) convexum.
Oculi oblongi.
Thorax linearis, convexus, vix marginatus, inermis, glaber, ſemipollicaris.
Hemelytra et *alae* cinereo-hyalina, reticulata.
Pedes ſimplices absque alis, pallidiores.

M. LOBATA: *vireſcens, capitis cornu oculisque conico-acuminatis.*
Mantis lobata. Fabricii ſpec. inſ. T. 1. p. 350.
Habitat in promontorii bonae ſpei interioribus.
Corpus pollicare, vireſcens, flavo-maculatum.
Caput deflexum, valde retuſum: ſtemmata tria nigra inter antennas: ſupra ſtemmata cornu minutum inter oculos: *oculi* ſingulares, conico-acuminati, pellucidi.
Antennae ſetaceae, fuſcae, longitudine thoracis.
Thorax ovato-angulatus, convexus, inprimis antice eleuatus, marginatus, ferrulatus, vix unguicularis.
Hemelytra ſaturate viridia, reticulata, marginata: infra baſin macula minor lutea, et alia in medio magna: circulo nigro et punctis duobus nigris, quorum alter oblongus.
Alae baſi ſanguineae, medio late nigrae, apice vireſcentes.

Pedes

Pedes angulati, compreſſi, ciliati, flaveſcentes faſciis viridibus.

M. FAUSTA: *linearis, cinereo-fuſca, immaculata.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Numen tutelare Hottentottorum.
Inter minores hujus generis, vix pollicaris, linearis, tota cinereo-fuſca.
Caput deflexum, retuſum antennis ſetaceis, vix thoracis longitudine.
Thorax lineari-trigonus, marginatus, integer.
Pedes angulati, tenues.
Boni ominis animal hanc ſpeciem reſpiciunt ſtupidiſſimi Hottentotti nec vel illi vel aliis, cui inſidere contigit, ullam adferunt noxam; non tamen illam, DEI inſtar, adorare ſolent.

ELATER.

Antennae filiformes.
Corpus dorſo impoſitum exſiliens mucrone pectoris e foramine abdominis reſiliente.

E. MELANOCEPHALUS: *ruber capite, linea thoracis apiceque elytrorum nigris.*
Elater melanocephalus. Fabric. ſpec. Inſect. t. 1. p. 272.
Habitat in Capite bonae ſpei et Coromandelia.
E. balteato paulo minor, totus ferrugineo-ruber, glaber, excepto *capite, antennis* ſerratis, linea *thoracis*, apicibus *elytrorum* et *ano* nigris.
Thorax valde convexus, glaber: linea nigra baſin non attingit.
Elytra ſtriato-punctata.

E. DEUSTUS: *teſtaceus linea thoracis elytrorumque poſticè ramoſa, nigra.*
Habitat in Ceilona.

Inter minores ſeu *E. melanocephalo* duplo minor, tenuiſſime pubeſcens.
Caput nigrum antennis teſtaceis.
Thorax convexus, laevis, linea nigra apicem attingente.
Elytra teſtacea, ſtriato-punctata: linea nigra ſuturae communis, et poſtice faſcia intra apices.
Abdomen fuſcum pedibus pallidis.

E. LIMBATUS: *thorace atro nitido, elytris teſtaceis: limbo nigro.*
Elater limbatus: Fabric. ſpec. Inſect. T. 1. p. 272.
Habitat in promontorio bonae ſpei.

E. FESTIVUS: *thorace ferrugineo, elytris atris: faſciis duabus flavis.*
E. Feſtivus? Fabric. ſyſt. Entom. p. 215. ſpec. Inſect. T. 1. p. 273.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudine E. balteati.
Caput, antennae, abdomen nigra.
Thorax convexus, glaberrimus, ſanguineus, atomis albidis.
Elytra atra, ſtriato-punctata, baſi rubra; faſcia flava in medio vix marginem interiorem tangens, glabra et alia prope apicem cinereo-flaveſcens, pubeſcens.
Pectus ſanguineum, glaberrimum.
Femora rubra fuſco-maculata, inermia.
Tibiae albidae.
Videtur eſſe feſtivus Fabricii, ſi magnitudo non differat.

E. 6-GUTTATUS: *ater, laevis elytris punctis ſex albis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.

Magni-

Magnitudine pulicis, totum aterrimum, nitens, laeviſſimum, nudum.
Caput minimum.
Antennae filiformes, ſubſerratae, capitis thoracisque longitudine.
Thorax gibboſo-convexus, marginatus, poſtice in dentes exiens.
Elytra convexa, marginata, ſingulum guttis tribus minutis luteis: una in ipſa baſi rotunda, ſecunda ante medium in margine externo longitudinali, tertia pone medium transverſa.
Differt ab E. pulchello elytris laevibus, ſitu et figura macularum.

E. CLAVICORNIS: *viridis antennis clavatis.*
Habitat in India orientali.
Magnitudine ſuperat *E. pectinicornem*, totus cyaneus, glaberrimus et nitens.
Antennae articulis II, moniliformibus, quorum ultimi quatuor perfoliati margine clavam ovatam formant.
Thorax convexus, vix conſpicue punctatus, poſtice lobatus angulis dentatis.
Elytra minime ſtriata, ſed rugoſo-punctata.
Abdomen margine et ſupra luteſcens.
Femora inermia, tarſis tribus.

HISPA.

Antennae fuſiformes.
Corpus hiſpidum.

H. CAPENSIS: *picea, hiſpida thorace ſpina palmata.*
Corpus magnitudine *pediculi majoris*, totum nigrum vel piceum ſeu rufo-nigrum.
Caput parvum, inerme.

Antennae fusiformes seu sensim extrorsum crassiores, articulis breviſſimis contiguis, corpore dimidio breviores.

Thorax planiusculus, laevis, glaber: margine utrinque spinis quinque vel sex, raro pluribus, quasi e lamina propria vel centro communi prodeuntibus, acutis.

Elytra per series impresso-punctata, singulo margine et serie triplici aculeato-ciliata, hispida.

Variat colore nigro et piceo.

Differt ab H. atra: spina thoracis palmata et tergi capitisque nulla.

ab H. testacea: colore fusco vel piceo, thoracis spina palmata, liturisque pectoris nullis.

MORDELLA.

Antennae filiformes serratae.

Caput inflexum.

Laminae ab basin abdominis.

M. NASUTA: *antennis pectinatis atra immaculata.*

Habitat in Japonia.

Magnitudine quadrupla *M. aculeatae*, tota atra, immaculata, glabra.

Caput depressum, singulare ut in Gryllis, fronte elevata rotundata.

Antennae pectinatae, capite paulo longiores.

Thorax valde convexus, antice declivus, minime marginatus, postice trilobus absque scutello.

Pectus acuminatum.

Elytra attenuata, absque striis et punctis.

Corpus crassiusculum abdomine obtuso.

Alae nigrae venis albidis, elytris longiores.

PANOR-

PANORPA.

Os porrectum, inflexum.
Antennae filiformi-setaceae.

P. CAPENSIS: *alis aequalibus immaculatis, corpore ferrugineo.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus oblongum, totum ferrugineum, glabrum, magnitudine *P. communis.*
Antennae setaceae, nigrae, corpore breviores.
Os porrectum, ferrugineum rostro brevi, inflexo, nigro.
Thorax lineis duabus nigris supra lineatus.
Alae hyalinae venis ferrugineis, corpore longiores.

P. JAPONICA: *alis aequalibus hyalinis: fasciis duabus atris.*
Habitat in Japonia.
Corpus magnitudine *P. communis*, oblongum, totum nigrum, glabrum.
Os porrectum *rostro* corneo, inflexo, longitudine thoracis.
Antennae filiformes, nigrae, longitudine fere corporis.
Alae 4, aequales, oblongae, obtusae, corpore longiores, hyalinae venis nigris, apicibus fasciaque pone medium lata nigra.
Pedes pallidi.

ATTELABUS.

Antennae moniliformes.
Caput postice attenuatum.

A. GEMMATUS: *ferrugineus, supra tuberculis nigris elevatis.*
Habitat in promontorio bonae spei.

Corpus

Corpus magnitudine et figura *A. coryli*, totum, exceptis antennis et punctis, ferrugineum, glabrum.

Antennae extrorsum crassiores.

Caput triangulare, postice angustatum, oculis punctisque quatuor nigris.

Thorax convexus, inaequalis punctis 6 nigris, quatuor anterioribus, duobus posterioribus.

Elytra thorace latiora, antice angulo costali acuta, convexa, obtusa, profunde impresso-punctata. In margine externo et apice macula nigra; praeterea punctis 13 elevatis nigris notantur, quorum 6 in singulo elytro, et 1 commune.

A. INDICUS: *ferrugineus capite, elytrorum basi fasciaque cyaneis.*

Habitat in India orientali.

Magnitudo et *facies A. melanuri.*

Caput subquadrangulare, postice magis attenuatum, cyaneum.

Antennae filiformes, *maxillae*, *palpi* rufescentes.

Thorax elongatus, cylindricus, utrinque sed inprimis antice attenuatus, ferrugineus.

Elytra ferruginea, laevia, tenuissime striata, oblique truncata, basi et fascia lata intra apicem cyanea.

Pedes ferruginei, supra genu cyanei.

Abdomen rubrum medio macula nigra.

DISSER-

DISSERTATIO
SISTENS
NOVAS INSECTORUM SPECIES.
PARS IV.

D. 26. MAJI 1784.

RESP.

CAROL. P. ENGSTROEM.

CARABUS.

Antennae filiformes.

Thorax obcordatus, marginatus.

Pedes curſorii.

C. MAXILLOSUS: *apterus, ater thorace poſtice producto bilobo unicolore.*

Carabus maxilloſus. Fabr. Spec. inſ. P. I. p. 298. Voet Coleopt. P. 1. t. 39. fig. 47. 48.

Habitat in interioribus Capitis bonae ſpei regionibus.

Totus ater, laevis, ſubtus vix piloſus, absque maculis thoracis et margine elytrorum picto.

Celerrime *hic*, uti et *ſequentes*, currit.

C. THORACICUS: *apterus, ater thorace poſtice producto bilobo, lateribus elytrorumque marginibus tomentoſo-albis.*

Habi-

Habitat in Capite bonae ſpei.
E maximis hujus generis, oblongus, ater, laevis.
Maxillae valde curvae, capite longiores, exſertae.
Thorax ſingularis, ut in priori, ſubcordatus, antice alatus alis rotundis concavis albo-tomentoſis, medio lacunoſo-depreſſus, poſtice productus ſupra elytra, bilobus.
Elytra connata, convexa, rotundata, margine externo undique tomentoſo-alba.
Femora antica valde piloſa.

C. FIMBRIATUS: *apterus, ater thorace ſimplici lateribus elytrorumque marginibus albo-tomentoſis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudine praecedentium, ater, laevis.
Maxillae exſertae, capite dimidio breviores.
Clypeus oris productus, rotundatus, integer.
Thorax cordatus, poſtice attenuatus, rotundatus, antice alatus alis concavis albo-tomentoſis, medio ſulcatus.
Elytra convexa, laevia, rotundata, margine externo tomentoſo-alba.
Subtus parum piloſus.

C. SEXGUTTATUS: *apterus, ater thorace maculis duabus, elytris quatuor tomentoſo-albis.*
Carabus 6-guttatus. Fabr. Sp. inſ. T. 1. p. 236.
Habitat in promontorio bonae ſpei.
Magnitudo et *facies* prioris: ſed in utroque thoracis latere macula rotunda et in externo elytri ſinguli margine duae omnino rotundae maculae albo-tomentoſae, altera prope baſin, altera infra apicem.
Oculi glauci.
Thorax lateribus minus alatus et alis minus concavis.

C. AGI-

C. AGILIS: *apterus, ater, immaculatus thorace poſtice rotundato ſulcato.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudine, ſtructura et *facie* adeo ſimilis *C. fimbriato*, ut ovum ovo, ſed *thorax* minus alatus et *elytra* unicolora.

C. TABIDUS: *apterus, ater elytris octo-ſulcatis punctato-rugoſis poſtice ſpinoſis.*
Voet Coleopt. P. 1. t. 38. fig. 44. 45.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *C. Leucophtalmi*, totum atrum, glabrum.
Caput lineis tribus elevatis, punctisque impreſſis.
Palpi quatuor; interiores binis, exteriores tribus articulis.
Antennae capite thoraceque longiores, filiformes, articulis decem.
Thorax obcordatus, apice truncatus, marginatus, punctatus, poſtice anguſtatus, medio ſulco lato.
Elytra marginata ſulcis octo latis, in quorum fundo occurrit ſeries duplex punctorum excavatorum cum ſtria elevata intermedia; terminantur ſpina acuta et alia verſus marginem exteriorem. Alae nullae.
Pectus et *abdomen* nigra, glabra, punctis minutis impreſſis.
Femora mutica; tibiae anticae ſpina duplici, altera ſcilicet ſupra alteram; reliquae ſpinis duabus terminalibus.

C. TRILINEATUS: *apterus, ater thorace poſtice anguſtato marginibus albis, elytris margine lineaque albis.*
Carabus trilineatus. Fabr. ſp. inſ. T. 1. p. 305.
Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus

Corpus magnitudine mediocri seu *C. multipunctato* paulo minus, depressum, totum nigrum, glabrum, laeve.

Caput lateribus utrinque linea cinerea, *oculis* glaucis.

Thorax cordatus, marginatus, postice coarctatus, elytris multo anguſtior, marginibus cinereis.

Elytra latiuscula, abdomine paulo breviora, truncata, lineis quatuor cinereis: unica in margine, et alia in singuli elytri medio, apicem elytri non attingens, saepe etiam interrupta.

Pectus, *Abdomen* et *Pedes* toti nigri, glabri.

Adeo similis Silphae lineatae, ut eandem diceres; sed differt

1) *thorace obcordato postice valde attenuato.*
2) *corpore depresso plano:*
3) *magnitudine paulo majori.*
4) *elytris laevibus absque striis elevatis.*
5) *elytris brevibus, truncatis.*

C. LUNATUS: *apterus, ater thorace lunato, elytris striatis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Magnitudine C. violacei, sed latior et magis depressus, totus ater, glaber.

Maxillae exsertae, capite parum breviores.

Caput oblongum, inaequale clypeo producto integro.

Thorax lunatus, convexus, marginatus, postice rotundatus, laeviſſimus, spatio ab elytris remotus.

Elytra connata, convexa, rotundata, 9-striata absque punctis impressis.

Femora crassa *tibiis* anticis spinis validis ut in *Scarabaeis*.

Differt

Differt 1) *a C. laevigato: elytris ſtriatis.*
2) *a C. interrupto: magnitudine et thorace elytris latiore.*
Lucanis ſimilis, ſed *antennae* filiformes.

C. DIFFORMIS: *apterus, ater thorace transverſo poſtice truncato, elytris ſtriatis.*
Habitat in interioribus regionibus promontorii bonae ſpei, prope Svartkops rivier.
Corpus ſtatura et *magnitudine C. hortenſis, totum* atrum.
Caput thorace auguſtius.
Antennae filiformes articulis globoſis.
Thorax transverſus, latitudine elytrorum, antice exciſus, poſtice truncatus, lateribus marginatus, convexus, punctis minutiſſimis impreſſis ſubrugoſus.
Elytra connata, convexa, rotundata, marginata, obſolete ſtriata et punctis elevatis confertiſſimis ſubrugoſa.
Subtus impreſſo-punctatus.

C. AFER: *niger, antennis pedibusque rufeſcentibus, elytris laevibus.*
Habitat ſub lapidibus montium capenſium.
Corpus magnitudine *C. caeruleſcentis* vel *vulgaris*, oblongum, ſupra nigrum, nitidum, ſubtus piceum ſeu rufeſcens.
Antennae capitis thoracisque longitudine, filiformes, articulis decem, totae rufeſcentes.
Palpi quatuor, exterioribus longioribus.
Thorax marginatus, cordatus, poſtice rotundato-truncatus, latitudine elytrorum: medio ſulco exaratus, poſticeque ad angulum utrumque puncto impreſſus.
Elytra marginata, ſubtiliſſime ſtriata, ſtriis circiter octo in ſingulo, absque punctis impreſſis,

praeter marginem, ubi puncta aliquot impressa; Apice acuta parum rufescunt.
Pectus, *abdomen* et *pedes* in aliis rufescunt, in aliis picea sunt.
Tibiae et *tarsi* spinosi.
Similis C. madido; sed duplo minor et magis laevis.

C. DORSALIS: *ater antennis elytrisque rubris: margine nigro.*
Habitat in Capite bonae spei.
Magnitudine fere C. *leucophtalmi*, glaber.
Caput, *thorax*, *abdomen*, *femora*, *tibiae* nigra.
Antennae et *tarsi* rufescentes.
Thorax cordatus, postice attenuatus, marginatus, laevis, sulco punctisque baseos duobus impressis.
Elytra thorace latiora, obtusa, striata absque punctis, obscure sanguinea margine exteriori et imprimis postico nigris.

C. OBTUSUS: *thorace elytrisque fuscis*, *capite antennis pedibusque rubris.*
Habitat in promontorio bonae spei.
Magnitudine fere C. cephalotis.
Caput postice angustius, rubrum *oculis* glaucis.
Antennae rufescentes uti *pedes.*
Thorax uti et *caput* elytris multo angustior, cordatus, postice attenuatus, marginatus, sulcatus, fuscus.
Elytra obtusa seu truncata, abbreviata, striata, fusca, subvillosa.
Pectus et *abdomen* fusca.

Similis C. crepitanti, sed differt
1) *magnitudine dupla.*
2) *elytris fuscis, nec cyaneis.*
3) *thorace fusco, nec rubro.*

C. PRA-

C. PRASINUS: *thorace capiteque cyaneis, elytris rubris: poſtice macula communi fuſca.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudo et *ſtructura C. vaporariorum.*
Antennae capite thoraceque longiores, fuſcae infimo articulo rubro.
Caput et *thorax* cordatus, cyanea.
Elytra rubra, ſtriata, in ipſa ſutura a medio ad apicem macula magna ovata, fuſco-cyanea, marginem exteriorem non tangens.
Pectus et *abdomen* nigra.
Pedes toti rufi.
Differt a C. cruce minori: thorace cyaneo et margine elytri rufo.
a C. vaporariorum: colore cyaneo et margine elytrorum rufo.

C. BILINEATUS: *ferrugineus thorace elytrorumque ſutura linea longitudinali nigra.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Statura C. marginati; ſed paulo minor, ferrugineo-pallidus, glaber.
Thorax cordatus, marginatus, linea una vel duabus parallelis nigris, ſulcoque impreſſo medio.
Elytra marginata, ſtriata, truncata, abbreviata: juxta ſuturam linea oblonga fuſca communis.
Variatio duplex α) *lineis thoracis duabus parallelis, abdomine ferrugineo.*
β) *macula ovata fuſca longitudinali in thorace; abdomine nigro.*

C. FASCIATUS: *ferrugineus faſcia elytrorum nigra.*
Habitat in Capite bonae ſpei.

Facies et magnitudo C. 4-maculati a quo differt marginibus elytrorum minime nigris et thorace fusco.

Caput rubrum uti et *antennae, pedes, abdomen.*

Thorax cordatus, sulcatus, fusco-rufescens.

Elytra striata, truncata, abbreviata, ferruginea: fascia in medio nigra, recta.

Obs. *in C. quadrimaculato margo interior suturae et externus niger.*

C. 2-GUTTATUS: *thorace aeneo, elytris punctis quatuor impressis maculisque duabus pallidis.*

Carabus 2-guttatus. Fabr. spec. Insect. T. 1. p. 313.

Habitat in Capite bonae spei et in Suecia.

Corpus magnitudine dupla pediculi, glabrum, *subtus* totum nigrum, *supra* obscure aeneum, subnitens.

Thorax cordatus, elytris paulo angustior.

Elytra marginata, acuta, striata: singulum prope suturam punctis duobus impressis et intra apicem macula quadrata, pallide flava, pellucida.

BLATTA.

Os maxillosum.

Antennae setaceae.

Thorax orbiculatus.

Pedes cursorii.

B. IRRORATA: *pallida thorace elytrisque fusco-irroratis, alis basi nigris.*

Blatta irrorata? Fabr. spec. Insect. T. 1. p. 343.

Habitat in Capite bonae spei.

E majoribus hujus generis, magnitudine fere aequat B. *gigantam*, ovato-oblonga, glabra, toto pallida exceptis antennis, thoracis medio, alarum basibus et punctis adspersis fuscis.

Thorax macula magna fusca et punctis minutis plurimis sparsis.

Hemi-

Hemelytra corpore longiora, pallida, punctis minutis numeroſiſſimis adſperſa.
Alae longitudine hemelytrorum, fere ad baſin nigra, quae nigredo verſus apicem oblique terminatur.
B. CAPENSIS: *fuſca, immaculata capite pedibusque rubris.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudo et *ſtatura* B. *americanae*, tota, exceptis capite et pedibus rubris, fuſco-brunnea, glabra.
Antennae nigrae.
Thoracis clypeus hemelytris anguſtior, laevis.
Hemelytra corpore ſesquilongiora, ſulcata.
B. FUSCA: *fuſca, immaculata, capite, antennis, pedibus, thoracis hemelytrorumque marginibus ferrugineis.*
Habitat in promontorio bonae ſpei.
Magnitudine B. americanae, glabra.
Caput inflexum, ferrugineum *oculis* glaucis.
Antennae ſetaceae, rufae, corpore dimidio breviores.
Thoracis clypeus convexus, brunneo-fuſcus, margine omni rufo, punctis minutis, confertis, impreſſis.
Hemelytra corpore paulo longiora, reticulata (non ſtriata) brunneo-fuſca, margine exteriori rufa.
Alae fuſcae margine externo rubro.
Abdomen ſubtus atrum, glabrum; ſupra nigrum margine et inciſuris flaveſcentibus.
Pedes toti ferruginei.
Foemina aptera, valde communis ſub lapidibus in campis, ovata, latior, ſupra fuſca marginibus thoracis, et inciſurarum abdominis rubris. *Antennae, caput* et *pedes* rufa.

Differt a B. capenſi 1) *margine thoracis, hemelytrorum, alarum abdominisque rubris.*
2) *hemelytris reticulatis, nec ſulcatis.*

B. DEUSTA: *fuſca, immaculata capitis hemelytrorumque baſibus rufis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
B. germanica paulo major.
Caput inflexum, ſupra rubrum, clypeo atrum, maxillis rubris.
Antennae corpore breviores, fuſcae.
Thorax planiuſculus, niger.
Hemelytra baſi et margine externo baſeos rufeſcentia, dein tota fuſca, quaſi deuſta, reticulata, corpore longiora.
Abdomen atrum, glabrum, marginibus inciſurarum tenuiſſime rufeſcentibus.
Pedes atri villo et ſpinis rufeſcentibus.

MYRMELEON.

Cauda forcipata.
Os maxillioſum, dentatum.
Alae deflexae.
Antennae capitatae.

M. LUTEUM: *alis flavis nigro punctatis, corpore nigro, femoribus baſi flavo-maculatis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus M. Libelluloide duplo minus.
Caput nigrum, maxillis punctoque ſub oculis flavo.
Antennae capitis longitudine, clavatae, nigrae.
Collum nigrum, antice et poſtice flavo-faſciatum.
Thorax niger, inaequalis, ad baſin alarum flavus.

Alae

Alae ſuperiores abdomine longiores, oblongae, obtuſiſſimae, venis elevatis lineatae ſtriatae-que; totae flavae, faſciis punctisque numeroſiſſimis atris.

Alae inferiores lacteſcentes maculis majoribus et minoribus nigris.

Pectus nigrum flavo-maculatum.

Abdomen craſſum, nigrum, flava-maculatum; *tibiae* et *tarſi* nigri.

Differt a M. Libelluloide:
Quod duplo minus abdomine nigro; alis obtuſioribus.
Antennis capitis tantum longitudine.
Alis absque maculis majoribus nigris.

M. CAPENSE: *alis hyalinis nigro-reticulatis, antennis longitudine corporis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus Myrmeleone formicario brevius, ſed craſſius.

Caput piloſum. *Antennae* corporis longitudine, alis paulo breviores, filiformes, apice clavatae. clava orbiculata albo-nigroque annulatae, baſi piloſae.

Oculi flaveſcentes, medio transverſe ſulcati.

Maxillae luteae.

Thorax cinereo-piloſus; *pectus* luteo-maculatum.

Alae omnes abdomine longiores, obtuſae, deflexae, hyalinae, venis nigris reticulatae. Margo exterior lineolis transverſis et macula ſaturatioribus nigris.

Abdomen oblongum, cinereum, piloſum; dorſo punctis nigris, parvis.

Pedes pallidi, punctis nigris ſparſis.

LAMPYRIS.

Antennae filiformes.
Thoracis clypeus caput obumbrans.
Elytra flexilia.

L. JAPONICA: *flava cingulo abdominis antepenultimo nigro.*

Habitat in Japonia, menſe Maji et Junii copioſiſſima, veſperi lumine ſuo phoſphoreo, e veſiculis binis caudalibus, mille inſtar ſtellarum cadentium aëra replens, pulcherrimum ſpectaculum offert.

Magnitudine L. chinenſis, tota flava, glabra, *oculis, alis* et *antennis* nigris.

Thoracis clypeus transverſus, marginatus, oculos majuſculos vix tegens.

Elytra margine craſſo undique cincta, punctata.

Cingulum abdominis antepenultimum atrum, uti et *tarſi.*

Variat: 1) *puncto in baſi elytrorum.*
2) *macula thoracis, ſcutello et linea elytrorum obſoleta fuſcis.*
3) *elytris apice nigris.*

L. COMPRESSA: *teſtacea antennis pedibusque compreſſis.*

Habitat in India orientali.

Linearis, oblonga, glabra.

Caput, pectus, pedes, antennae nigrae.

Abdomen caeruleſcens.

Antennae lineares decem articulis compreſſis, corpore paulo breviores.

Thoracis clypeus teſtaceus, concavus marginibus elevatis et ſulco in medio longitudinali.

Elytra linearia, obtuſa, teſtacea, ſtriis tribus majoribus et quatuor obſoletioribus elevatis, ſulcis punctatis interjectis.

Femora et *tibiae* compreſſae, ſulcatae, inermes.

CAN-

CANTHARIS.

Antennae filiformis.
Caput exsertum.
Elytra flexilia.
Abdominis latera plicata papillosa.

C. LEPTUROIDES: *thorace convexo lutea, apice elytrorum corporeque nigris.*
Habitat in Capite bonae spei.
Magnitudine C. lividae.
Caput, antennae, thorax, elytra excepto apice, *genua, anus,* lutea, glabra.
Oculi, elytra apice, *pectus, abdomen, pedes* nigra.
Thorax subrotundo-quadratus, convexus, lateribus deflexus.
Differt a C. Melanura, cui valde similis:
1) *Antennis luteis.*
2) *Thorace rotundato, deflexo.*
3) *Elytris crassioribus, Lepturae facie.*
4) *Pedibus fuscis.*

C. BICOLOR: *thorace plano lutea, elytris dimidiato-caeruleis.*
Habitat in Capite bonae spei.
Magnitudine et statura C. melanurae, glaberrima.
Caput, thorax, elytra antice usque ad medium, *pectus, femora, tibiae,* flava.
Antennae, oculi, tarsi, abdomen fusca.
Elytra a medio ad apicem violacea.
Thorax quadratus, planus, marginatus.

C. BILINEATA: *thorace flavo macula punctisque quatuor fuscis, elytris flavis linea fusca.*
Habitat in promontorio bonae spei.
Magnitudine C. testaceae.
Antennae, oculi, caput, pectus, abdomen, tarsi, genua fusca.
Maxillae flavae.

Thorax rotundatus, planus, marginatus, medio ſulcatus, flavus macula fuſca magna in medio, et utrinque verſus marginem puncta duo fuſca.
Elytra lutea linea fuſca, lata, intra apicem terminata.
Scutellum fuſcum.
Femora et *tibiae* flavae.

C. TRILINEATA: *thorace flavo maculis duabus nigris, elytris flavis linea ſuturaque nigris.*

Habitat cum priori.
Magnitudine C. teſtaceae.
Caput flavum baſi nigrum.
Antennae fuſcae baſi flaveſcentes.
Thorax ſubquadratus, planus, marginatus, flavus macula magna nigra in utroque margine.
Elytra lutea ſutura nigra et linea in medio nigra, apicem non attingente.
Pedes flavi.
Abdomen et *tarſi* nigra.

C. ALTICA: *thorace marginato rufo, elytris violaceis immaculatis.*

Habitat in promontorio bonae ſpei.
Magnitudine et *ſtatura C. pulicariae*, tota exceptis thorace pedibusque violacea, glaberrima, immaculata.
Thorax rotundatus, convexus, marginatus, ſanguineus.
Tibiae et *tarſi* rufeſcentes.
Elytra violaceo nitent; *abdomen* magis nigricat.

C. OCULATA: *thorace marginato flavo: punctis duobus nigris, elytris corporeque cyaneis.*

Corpus C. bipuſtulatae paulo minus.
Caput flavum *Oculis* nigris.
Antennae ſubfiliformes, capitis thoracisque longitudine, articulis decem aequalibus, dimidiae ad baſin flaveſcentes, et dimidiae fuſcae.

Thorax

Thorax marginatus, depreſſus, flavus: punctis in medio duobus, nigris.
Elytra flexilia, obtuſa, marginata, cyanea, laevia, nitida. Variant colore viridi-cyaneo et violaceo.
Abdomen caeruleſcens, marginibus inciſurarum flaveſcentibus.
Pedes toti flavi.

C. CELLARIS: *thorace marginato ſanguineo: macula nigra, elytris cyaneis.*
Corpus magnitudine *Dermeſt. mollis.*
Caput nigrum; *antennae* filiformes, fuſcae, baſi rubrae, longitudine capitis thoraciſque.
Thorax marginatus depreſſus, ſanguineus: antice macula majuſcula, cyanea.
Elytra obtuſa, caeruleo-cyanea, hirta, glabra.
Pedes toti nigri, piloſi.

C. CUPRAEA: *thorace marginato; ſubtus cyanea, ſupra aenea.*
Corpus magnitudine *pediculi majoris* vel vix *Derm. mollis*, totum ſubtus viridi-cyaneum, ſupra aeneum, nitidum, piloſum.
Oculi nigri.
Antennae ſubmoniliformes, fuſcae.
Thorax marginatus, depreſſus, uti elytra tenuiſſime punctatus.

C. ARGENTEA: *thorace plano elytrisque viridibus, abdomine ſericeo.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Magnitudine et *facie C. fuſcae*, tota ſupra vireſcens, ſubtus imprimis pectore ſericeo-argentea.
Antennae, *oculi*, *caput* nigra.
Thorax ſubquadratus, planus, inaequalis, marginatus, laterali margine utrinque maculis minimis luteis.

Anus

Anus et *pedes* lutei tarsis fuscis.

C. VIOLACEA: *thorace flavo macula punctisque quatuor fuscis, elytris viridibus.*

Habitat in Capite bonae spei.

Magnitudo C. fuscae ejusque *faciei.*

Caput flavum basi *oculisque* nigris.

Antennarum quatuor articuli flavi, reliqui fusci.

Thorax rotundatus, planus, marginatus, flavus, in medio macula magna fusca et in utroque margine postice puncta quatuor minuta fusca.

Elytra tota viridia vel certo adspectu violacea, tenuissime villosa, immaculata.

Pectus atrum.

Abdomen et *pedes* flavi.

Varietas β. 1) *Antennis flavis: ultimis tribus articulis fuscis.*

2) *Thoracis macula fusca, postice bifida, punctum nigrum includens.*

DISSER-

DISSERTATIO
SISTENS
NOVAS INSECTORUM SPECIES.
PARS V.

D. 13. JUN. 1789.

RESP.

JOH. OLAI NORAEUS.

CANTHARIS.

C. 4-GUTTATA: *thorace flavo macula nigra, elytris violaceis maculis quatuor albidis.*

Habitat in promontorio maxime auſtrali Africes.

Magnitudine et habitu C. pediculariae, tota violaceo-nigra, exceptis antennis, thoracis margine et maculis elytrorum albidis.

Thorax orbiculatus, marginatus.

Elytra ſingula in medio et apice notantur macula majuscula albida.

PYROCHROA.

Thorax rotundatus.

Elytra flexilia.

C. SERRATICORNIS: *thorace rubro, corpore violaceo, antennis ſerratis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Viola-

Violacea tota, thorace rubro antennisque fuscis.
Caput anguſtiſſimum, glabrum.
Thorax plano-depreſſus, rotundatus, marginatus, elytris anguſtior.
Antennae moniliformes, compreſſae, 11 articulis, ſerratae, longitudine capitis thoracisque.
Elytra flexilia, marginata, nitida, hirta.

CASSIDA.

Caput clypeo thoracis tectum.
Corpus ſubtus planum.

C. BIMACULATA: *flava elytrorum margine macula utrinque nigra.*
Habitat in China.
Tota flava, glabra, *C. viridi* paulo major.
Oculi antennarumque apex *nigri.*
Thoracis clypeus emarginatus, poſtice crenatus, medio convexus.
Elytra flava, dorſo punctata et imprimis antice lacunoſa, ſubplicata; margines diaphani; pone medium macula nigra.
Abdomen et *pedes* flavi.

C. 4-MACULATA: *flava elytrorum margine maculis utrinque duabus nigris.*
Habitat cum priori, ejusdem magnitudinis.
Oculi et *antennae* apice nigrae.
Thorax integer, immaculatus, diaphanus.
Elytra convexa, ſubrugoſa, flava; dorſo maculae duae vel tres obſoletae, nigrae; margo pellucidus; utrinque macula nigra.
Corpus flavum macula pectorali nigra.

C. 20-MACULATA: *flava thorace ſexmaculato, elytris maculis viginti nigris.*
Habitat in Indiae orientalis inſulis. D. *Hornſtedt.*
Magnitudine C. viridis, tota flava, glabra.

Thorax

Thorax flavus clypeo integro; maculae ſex nigrae, 1 in ipſo angulo poſtico, 2 juxta baſin et 2 ante medium coalitae.
Elytra in dorſo gibba, margine depreſſo dilatato, ſtriata, flava. Maculae inaequales, nigrae, viginti, quarum tres in ſingulo margine, ſcilicet una prope baſin ſeu in ipſo angulo antico, ſecunda in medio oblonga, tertia in ipſo apice minuta; in diſco convexo tres prope baſin ſaepe confluentes in maculam ocellarem, 1 pone medium, 2 verſus apicem et 1 in medio dorſo communis.
Corpus ferrugineum faſciis duabus nigris.
Caput nigrum.
Antennae flavae, apice nigrae.
Pedes toti nigri.

C. FURCATA: *flava margine antico ſuturaque elytrorum ferrugineis.*

Habitat in Indiis.
Tota excepto capite marginibusque elytrorum flava, glabra, diaphana, *magnitudine C. viridis.*
Caput totum et apex *antennarum* fuſca.
Thoracis clypeus rotundatus, integer.
Elytra margine antico et ſutura late ferruginea, qui tamen color apicem non attingit.

C. RETICULATA: *flava thorace elytrisque nigro-reticulatis.*

Habitat in Caijenna Americes.
Tota glabra, *C. nebuloſa* paulo minor.
Oculi et *antennae* intra apicem cingulo nigro.
Thoracis clypeus diaphanus, integer, poſtice nigro-reticulatus.
Elytra convexa; *dorſum* punctatum, eleganter nigro-reticulatum; margines diaphani, immaculati.
Corpus et *pedes* flavi.

C. PUR-

C. PURPUREA: *flava macula dorsali purpurea.*
Habitat in Indiis.
Magnitudine prioris: tota glabra, flava, exceptis macula dorsi et oculis nigris.
Thoracis clypeus integer, diaphanus, margine antico tenuissime nigro.
Elytra diaphana, convexa, punctata; in dorso versus marginem anticum macula magna, orbicularis, purpurea.

C. VESICULARIS: *flava dorso fusco vesiculoso.*
Habitat in Japonia.
Magnitudo et *similitudo C. purpureae;* tota marginibus clypei et elytrorum pellucida, tenuissime reticulata et pallide flava.
Dorsum gibbum, fuscum, punctis minutissimis impressum et vesiculosum.
Corpus subtus subferrugineum.

C. LUNATA: *supra aenea, subtus virescens, macula elytrorum lunata diaphana.*
Habitat in Indiae Orientalis insulis. D. *Hornstedt.*
Inter majores numeranda, tota glabra, supra ferrugineo-aenea, subtus olivaceo-viridis.
Thoracis clypeus emarginatus, angulatus.
Elytra deflexa, punctata, rugosa, valde dilatata; ante medium et propius marginem exteriorem macula magna, sublunaris, flava, diaphana utrinque.
Subtus omnia obscure viridia antennis solis nigris.

BUPRESTIS.

Antennae filiformes, serratae.
Caput intra thoracem retractum.

B. BICARINATA: *viridis elytris bidentatis, sulcatis; abdomine bicarinato.*
Habitat in China.

Duplo

Duplo minor *B. gigantea*, eique valde similis, tota viridi-aenea.
Oculi ferruginei.
Thorax medio fuscus marginibus elevatis, viridi-nitentibus.
Elytra bidentata, sulcata sulcis punctatis.
Abdomen subtus pone medium bicarinatum, aeneum, pectoris sterno porrecto.

B. VITTATA: *viridis elytris bidentatis punctatis: lineis duabus aeneis; thorace punctis duobus aeneis.*
B. vittata. Fabric. Mantiss. Insect. p. 176.
Habitat in India Orientali.
Corpus oblongum, viridi-aeneum, supra punctatum, subtus laeve, magnitudine fere *B. ignitae.*
Oculi ferruginei.
Antennae filiformes, subserratae, nigrae.
Thorax postice utrinque ad latera macula aenea, nitida.
Elytra lineis quatuor elevatis, postice bidentata; in medio singuli linea aenea.
Pedes virides.

B. ELEGANS: *viridis elytris serratis punctatis; lineis thoracis elytrorumque duabus rufis.*
B. elegans. Fabric. Mantiss. Insect. p. 179.
Habitat in India orientali.
Tota viridi-aurea, supra tenuissime punctata, subtus laevis, B. *ignita* paulo minor.
Antennae nigrae.
Oculi rufescentes.
Thorax lineis duabus rubris.
Elytra serrata apice; linea in singulo rubro-aurea.

B. SULCATA: *viridi-aenea elytris serratis medio sulcatis: sulci marginibus aureis.*

Habitat in China.

Magnitudine B. ruſticae, ſed magis attenuata, tota viridi-aenea, glabra, nitens.

Caput antice impreſſum, punctatum.

Thorax dorſo viridi ſtria longitudinali, lateribus linea aurea utrinque, punctatus.

Elytra lanceolata, ante medium coarctata, apice ſerrata dentibus circiter ſex, viridi-aenea, medio ſulco longitudinali lato, cujus margines aureo nitent.

Abdominis dorſum cupreum.

Subtus omnia cyaneo-aurea, nitentia.

B. PRASINA: *viridi-aenea elytris integris, thorace angulis aeneis, abdomine ſerrato.*

Habitat in China.

Paulo major *B. ruſtica*, ſupra obſcure viridis, ſubtus cyaneo-aenea et nitens.

Caput punctatum.

Thorax viridi-aeneus, punctatus, poſtice utrinque lunula impreſſa et angulis aeneo-aureis.

Elytra viridia, parum nitida, integra, ſubtiliſſime punctata lineis elevatis.

Abdomen totum ſerratum, medio canaliculatum ano bidentato.

Differt a B. canaliculata:

1) *Abdomine toto viridi, ſerrato.*

2) *Ano bidentato.*

B. CAERULEA: *violacea glabra, elytris integris laevibus.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Paulo minor *B. 4-punctata*, tota ovata, violacea, nitens, impunctata, glabra.

Elytra integerrima.

Differt a B. viridi:

1) *Corpore ovato, minus elongato.*

2) *Elytris laevibus.*

B. DI-

B. DIMIDIATA: *viridis, elytris integris laevibus poſtice aeneo-aureis.*
Habitat in India Orientali. D. *Hornſtedt.*
Magnitudine B. 4-punctatae, tota glabra.
Caput caeruleſcens margine omni viridi.
Thorax nigro-caeruleſcens, obſcurus, marginibus lineaque media viridibus, nitentibus.
Elytra integra, baſi caeruleo-vireſcentia, poſtice majori parte aeneo-aurea, laevia, ante apicem fovea impreſſa.
Subtus viridis, nitens margine abdominis aeneo.
Differt a B. fulminante:
1) *Elytris integris, impunctatis.*
2) *Magnitudine.*

B. OCULATA: *elytris bidentatis punctatis nigris; thorace utrinque macula rubra.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine B. ruſticae, depreſſiuſculum, oblongum, totum glabrum, nigrum, punctisque minimis frequentiſſime adſperſum.
Caput thorace anguſtius.
Antennae ſubſerratae, ſenſim craſſiores, thorace breviores.
Oculi nigri, pupilla glauca.
Thorax ſubmarginatus, convexo-planus, medio ſulcatus, lateribus macula majuſcula excavata, rubra.
Elytra marginata, apice bidentata, attenuata, ex punctis impreſſis lineata, maculisque quadratis obſoletis ſparſis excavata.
Omnia ſubtus nigra, punctis minutiſſimis albis frequentiſſime adſperſa.
Pectus ad latera macula rubra, thoracis majore, medioque ſulco duplici.
Abdominis latera maculis circiter quatuor rubris.

B. RUFICOLLIS: *elytris integris ſulcatis nigris, capite thoracisque lateribus aureo-fulvis.*
Habitat ad Caput bonae ſpei.
Magnitudine B. ruſticae, ſed anguſtior.
Caput aureo-fulvum, punctatum, oculis aurantiacis.
Antennae ſubfiliformes, ſerratae, nigrae, thorace breviores.
Thorax transverſus, medio profunde ſulcatus, punctatus, lateribus aureo-fulvus, antice cyaneus, poſtice niger.
Elytra integra, nigra, margine exteriore inprimis verſus apicem aureo-nitentia; ſingulum decemſtriatum, ſtria intima baſin non attingente, reliquis excavato-punctatis.
Omnia ſubtus nigra, nitida, tenuiſſime villoſa, in primis abdomen verſus anum piloſum.

B. MARGINATA: *elytris integris violaceis, thoracis lateribus rubris.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine B. viridis, totum violaceum, glabrum.
Oculi glauci.
Antennae filiformes, ſerratae, longitudine dimidia thoracis.
Thorax ſubquadratus, medio ſulcatus, marginibus rufus.
Elytra integra, acuta, marginata, tenuiſſime obſolete punctata, immaculata.
Subtus omnia concolora, magis polita.

B. CORNUTA: *elytris integris albo nigroque lineatis; thorace tuberculato.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine B. ruſticae, paullo anguſtius, lineari-oblongum.

Caput

Caput cinereo-fuſcum: tubercula duo ex pilis faſciculatis cinereis inter oculos porrecta et alia minima in vertice.

Antennae filiformes, ſubſerratae, capite paullo longiores, nigrae.

Thorax angulatus, quadratus, ſubmarginatus, inaequalis, tuberculatus ex pilorum faſciculis, quos inter tres majores in medio thorace, erecti; niger, cineritie adſperſus, poſtice trilobatus.

Elytra marginata, integra, ſenſim attenuata, elevato-lineata, pilis breviſſimis tomentoſa, ex albo et fuſco lineata: futura linea ferruginea, apicem non attingente.

Pectus et Abdomen tomento cinereo tecta, lineis quatuor nigris; latera pectoris parum flaveſcunt.

Pedes aenei, cineritie ſparſa tecti.

B. SUTURALIS: *elytris integris viridibus: futura aurea; thorace punctis duobus impreſſis; corpore aeneo* *).

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine fere *B. ruſticae*, ſupra viride, ſubtus aeneum. glabrum, nitens.

Caput et *Thorax* tenuiſſime punctata.

Antennae filiformes, thorace breviores, nigrae.

Oculi glauci.

Thorax quadratus, convexo-planus linea glabra in medio, immarginatus, puncto lateribus utrinque oblongo, impreſſo.

Elytra integra, pone medium attenuata, ſtriata, omnium tenuiſſime punctata, viridia; futura aureo nitens.

*) B. Aurata. Catal. Muſ. P. 4. p. 52.

Subtus omnia aeneo-aurea, glabra, punctis excavatis.

B. CAFFRA: *elytris crenatis, violaceo luteoque variegatis, corpore aeneo.*

Habitat in Capite bonae ſpei ſylva prope von Stades rivier menſe Decembri.

Corpus magnitudine B. ruſticae, paullo longius, ſed anguſtius.

Caput uti *Abdomen* et *pedes* aeneum, intra thoracem retractum, tenuiſſime villoſum.

Oculi glauci. *Maxillae* nigrae.

Antennae filiformes, ſerratae, articulis decem triangularibus, nigrae, thorace breviores.

Thorax ſubquadratus, convexus, punctis copioſiſſimis impreſſus, aeneus, lateribus medioque maculis duabus flavis, altera antice longitudinali, altera poſtice transverſa; poſtice ante regionem ſcutelli ſulcus brevis. *Scutellum* nullum.

Elytra ſublinearia, apice crenata, marginata, profunde ſtriata cum punctis impreſſis, caerulea; maculis, faſciis punctisque luteis irrorata.

Pectus aeneum, punctatum punctis impreſſis, pubeſcens.

Abdomen aeneum, nitens, nudum.

Pedes aenei, piloſi.

B. TRIFASCIATA: *elytris integris nigris, baſi rubra faſciisque tribus albis, thoracis marginibus flavis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus B. 4-punctata duplo majus, oblongum, ſupra hirtum, ſubtus villoſum.

Caput antice luteum, poſtice nigrum, oculis glaucis.

Antennae filiformes, extrorſum paullo craſſiores, ſerratae, nigrae.

Thorax

Thorax ſubquadratus, poſtice anguſtior, convexus, punctatus, marginibus anticis et lateralibus flavus, medio ſulcatus, poſtice puncto flavo.

Elytra oblonga, ſulcata: ſulcis punctis elevatis; a baſi fere ad medium rubra, inde violaceo-nigra, faſciis tribus transverſis flavis, una in medio, una pone medium et una intra apicem, nulla futuram attingente.

Subtus omnia nigra macula transverſa utrinque in pectore et magna in abdomine flava.

Variatio occurrit faſcia elytrorum prima atque ultima obſoletis et abdomine toto nigro.

B. BIFASCIATA: *elytris integris nigris: faſciis tribus albis, thorace nigro.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *B. quadri-punctatae*, glabrum, hirtum, ſubtus atrum, ſupra nigro-aeneum.

Antennae filiformes, longitudine thoracis, nigrae.

Oculi luteſcentes.

Thorax quadratus, caput excipiens, convexus, deflexus, marginatus medio ſulco obſcuro, lateribus poſtice puncto impreſſo, nigricans, punctis copioſiſſimis impreſſis, poſtice truncatus, integer.

Elytra linearia, acutiuſcula, longitudine abdominis, coſta elevata, marginata, integra, ſtriata ſtriis punctatis, nigra: ſingulum punctis duobus pone baſin parallelis et faſciis duabus flavis notatum, quarum altera pone medium, curvis, margines non attingentibus.

B. IO-GUTTATA: *elytris integris nigris, maculis decem luteis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *B. viridis*, totum tenuiſſime hirtum, atrum, punctatum.

Oculi glauceſcentes.

Antennae ſubmoniliformes, ſerratae, thorace breviores.

Thorax planus, ſubquadratus, parum poſtice angustatus.

Elytra oblonga, integra, lineata, punctis utrinque quinque flavis; primum in ipſa coſta, ſecundum juxta ſuturam infra baſin, tertium et quartum in medio, interdum coalita in unum, quintum pone medium prope ſuturam.

B. 6-GUTTATA: *nigra villoſa elytris ſerratis: maculis ſex ferrugineis.*

Habitat in India orientali, D. *Hornſtedt.*

Longitudine B. Chryſoſtigm. ſed duplo anguſtior, ſublinearis.

Caput nigrum ferrugineo-maculatum, oculis glaucis

Antennae et *pedes* nigrae.

Thorax niger, ſupra planus, intra margines laterales linea ferruginea; verſus marginem anticum puncta duo ferruginea approximata; prope marginem poſticum puncta duo remota ferruginea; in medio linea elevata obſoleta.

Elytra linearia, ante medium coarctata, apice tenuiſſime ſerrata, laevia, nigra, obſcura. Prope baſin lineola obliqua ferruginea villoſa poſtice acuta puncto nigro; ante medium macula ſubquadrangularis, villoſa, ferruginea, obliqua, antice et poſtice puncto nigro terminata; intra apicem ſimile punctum ferrugineum ocello nigro fere cinctum.

Pectus et antica *abdominis* latera villoſa, ferruginea.

Abdo-

Abdomen aeneum: margo ſuperior punctis duobus ferrugineis et ultima tria ſegmenta ſubtus ad latera maculis albis.

B. ATOMARIA: *tota aenea elytris tridentatis apice violaceis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *B. quadripunctata* paullo majus lineari-oblongum, totum aeneum, tectum pulvere aeneo vel ferrugineo.

Caput antice transverſe ſulcatum.

Oculi glauci.

Antennae filiformes, ſerratae, thorace breviores, nigrae.

Thorax quadratus, planiuſculus, marginatus, aeneus, cineritie ſparſa, praeſertim lateribus.

Elytra marginata, poſtice attenuata, vix manifeſte ſtriata ſtriis antice punctatis, baſi aenea atomis ex pulvere cinereo ſparſis; apice violacea, tridentata.

Pectus et *abdominis* latera denſe tecta pulvere ferrugineo.

Abdomen medio glabrum.

Pedes aeneo-cinerei.

Pulvis minimo attactu ſecedit, et tunc animalculum aeneum, elytris ſtriatis.

B. NOTATA: *elytris integris violaceis, thoracis lateribus albis, abdomine albo-maculato.*

Habitat in Capite bonae ſpei frequens.

Corpus magnitudine *B. 4-punctatae*, totum violaceum, glabrum, ſupra punctatum, ſubtus nitidum, nudum.

Antennae filiformes, atrae, longitudine thoracis.

Oculi luteſcentes.

Thorax quadratus, gibbus, caput dimidium excipiens, inaequalis, poſtice ſubquadrilobatus,

latere utroque punctо depreſſo, marginatus lateribus albis.

Elytra linearia, obtuſa, integra, abdomine paullo breviora, marginata absque ſtriis copioſiſſimis punctis impreſſa, immaculata.

Pedes violaceo-nigricantes.

Peſtus utrinque maculis duabus albis.

Abdomen margine utroque punctis circiter tribus albis maculatum.

B. ACUTA: *elytris bidentatis acuminatis caeruleis, corpore nitente.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Magnitudine et ſtatura *B. viridis*, linearis, tota caerulea, nitens, ſupra punctata, ſubtus laevior.

Antennae nigrae.

Thorax convexus, poſtice punctо rotundo et margine utrinque ſulco oblique impreſſus.

Elytra ſtatim pone coſtam et medium coarctato-anguſtata, apice oblique truncata, ipſo apice externe in acumen terminato.

Alae hyalinae margine externo nigro.

B RUGOSA: *elytris ſerratis rugoſis ſuſcis, apice luteo-irroratis.*

Habitat in Capite bonae ſpei; ſingulare animalculum.

Corpus magnitudine *B. 4-punctata* minus, ſupra totum rugoſum ſeu lacunoſum, ſubtus laeve, atrum.

Caput fuſcum punctis duobus ferrugineis inter oculos.

Thorax ſubquadratus, noduloſo-rugoſus, fuſcus, punctis circiter quatuor ferrugineis in margine antico.

Elytra a medio ad apicem tenuiſſime ſerrata, valde lacunoſa, fuſca, maculis minutis ferrugineis adſperſa a medio ad apicem.

B. IR-

B. IRRORATA: *nigra elytris integris antice punctis ferrugineis, poſtice ferrugineis nigro-punctatis.*

Habitat in India orientali. D. *Hornſtedt.*

Paulo major *B. 4-punctata*, tota obſcura.

Thorax niger, punctato-ſcaber.

Elytra integra, tenuiſſime ſtriata, antice fuſca punctis ſparſis ferrugineis, apice ferruginea punctis nigris.

Subtus omnia nigra, obſcura.

Differt a B. ornata: elytris integris, ceteris.

NOTOXUS.

Thorax gibbus utrinque attenuatus.

N. CORNUTUS: *alatus thorace in cornu ſupra caput protenſo; elytris punctis duobus pallidis.*

Corpus magnitudine *pulicis minoris*, totum glabrum, villoſum.

Caput inclinatum, in collum parum attenuatum, nitens, atrum.

Palpi duo, breviſſimi, luteſcentes.

Antennae filiformes, ſenſim craſſiores, articulis undecim, luteſcentes, longitudine dimidia corporis.

Thorax ſubgloboſus, antice in cornu ſupra caput protenſus, fuſco-ferrugineus, laeviſſimus.

Elytra convexa, absque ſtriis et punctis laevia, fuſco-ferruginea, macula utrinque prope baſin rotunda, lutea, pellucente.

Abdomen ferrugineum.

Pedes pallidi.

Alae albidae.

Differt a N. monocerote: α) *quod minor.*
β) *punctis elytrorum.*

N. DEU-

N. DEUSTUS: *niger elytris ferrugineis apice fuscis.*
Habitat in muscis Taffelberg et alibi in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine N. *monocerotis*, oblongum, glabrum.
Caput parum inflexum, totum nigrum.
Maxillae, palpi, antennae, pedes toti, nigra.
Palpi duo, clavati clava solida.
Antennae filiformes articulis moniliformibus undecim: infimo oblongo, capitis thoracisque longitudine.
Thorax tereti-convexus, oblongus; postice truncatus, submarginatus; medio parum contractus; saepius niger, rarius ferrugineus.
Elytra abdomen tegentia, oblonga, convexa, pellucida, laevissima absque punctis et striis, ferruginea, apice fusca, rarius tota ferruginea.
Alae nullae.
Abdomen fusco-ferrugineum, subdiaphanum.
Femora inermia.
Varietas duplex: α) *thorace apiceque elytrorum fuscis.*
β) *thorace elytrisque ferrugineis.*

N. FLAVUS: *totus flavus capite pedibusque nigris.*
Habitat in Capite bonae spei.
Statura et magnitudo N. deusti.
Caput nigrum, postice attenuatum.
Antennae nigrae, infimo articulo filiformi longo villoso, reliquis moniliformibus.
Thorax convexus, immarginatus, medio latior, luteus, glaber.
Elytra convexa, laevia, glabra, flava.
Alae nullae.
Abdomen flavum, glabrum.
Pedes omnes nigri basi femorum flavescente.

N. CAE-

N. CAERULEUS: *niger, elytris caeruleis.*
Habitat in Tanaceto crithmifolio, infra Taffelberg.
Magnitudine Meloës floralis.
Caput gibbum, nigrum, glabrum.
Antennae nigrae, capitis thoracisque longitudine articulis decem, minus glabrae, moniliformes.
Thorax ſubrotundus, gibbus, ater, glaber.
Elytra caeruleo-cyanea, glaberrima, longitudine abdominis, absque punctis et ſtriis, flexilia.
Femora craſſa, atra, glabra; *tibiae* nigrae, obſcurae.
N. GRANDIS: *totus ater femoribus rubris.*
Habitat in China.
Totus ater, glaber, ſolis oculis glaucis et femoribus rufeſcentibus, *magnitudine Formicae herculeanae.*
Caput ſubquadrangulare, oculis prominulis.
Antennae filiformes, longitudine thoracis.
Thorax cylindricus, elongatus, parum utrinque attenuatus et annulo coarctatus, glaber.
Elytra antice anguſta, poſtice gibba, convoluta, rugoſa.
Femora rubra, tibiis nigris.

LOCUSTA.

Antennae ſetaceae.
Elytra deflexa.
L. VITTATA: *thorace ſubquadrato, laevi; alis niveis fuſco-faſciatis.*
Habitat in Carro inter Olyfants rivier et Slang rivier.
Perfecta Decembri.
Corpus magnitudine G. *viridiſſimi.*
Caput deflexum, fronte viridi lineis albis, vertice viridi lineis obſoletis.

Oculi

Oculi exſtantes, olivacei.
Maxillae et *palpi* pallidi.
Antennae filiformi-ſetaceae, fuſceſcentes.
Thorax ſubquadratus, laevis, viridis: margines externi albi; medio linea incarnata.
Elytra tenuia, abdomine paulo longiora, fuſco-incarnata, ſeu fuſca maculis incarnatis.
Alae aequales, niveae, faſciis plurimis nigris ſubreticulatae.
Abdomen incarnatum; latere utroque linea duplici, longitudinali, albo-argentea, undulata: inter has vittas puncta interjacent albida: ſubtus linea duplex alba, ſaepius interrupta: Carina viridis.
Enſis longitudine abdominis.
Femora antica, angulata, ciliato-ſpinoſa; poſtica elongata, craſſiora, compreſſiuſcula, ciliata.
Tibiae antice angulatae, ſpinis filiformibus ciliatae; poſtice minutiſſime ſpinoſae, tetragonae.
Pedes omnes vireſcentes.

L. AETHIOPICA: *Thorace plano laevi, elytris hyalinis, linearibus ala brevioribus, capite conico tibiis ſpinoſis.*
Gryllus conocephalus Lin. T. 1. p. 696.
Corpus magnitudine *G. domeſt.* minus, anguſtum.
Caput prominens, conicum, vireſcens linea ferruginea, ſenſim latior, ab apice ad ſcutellum.
Oculi nigri. *Antennae* ſetaceo-capillares, corpore duplo longiores, fuſceſcentes.
Thorax rotundatus, laevis.
Elytra anguſta, cinereo-hyalina, abdomine longiora, lineari-lanceolata, obtuſa, deflexa.
Alae concolores, elytris paulo longiores.
Abdomen vireſcens, dorſo rufeſcente.
Enſis longitudine abdominis, viridis.
Femora poſtica inermia, piloſa.

Pedes

Pedes virides.
Cauda biſeta, enſata.
Tibiae angulatae, ſpinoſae, virides.
Similis valde G. conocephalo; differt tamen
Elytris hyalinis, abdomine longioribus.
Enſi viridi.
Tibiis ſpinoſis.

GRYLLUS.

Antennae filiformes.
Elytra deflexa.

G. SPUMANS: *thorace ſubcarinato, rugoſo, antice callo elevato; elytris abbreviatis rubris fuſco irroratis.*

Roeſel. T. 2. t. 6. Fig. 1?

Corpus magnitudine *G. verrucivori*, glabrum.

Caput convexum, laeve, antice productum lamina ovata concava emarginata, inflexum.

Oculi olivarei.

Antennae filiformes, capite thoraceque breviores, nigrae, articulis undecim, quorum ultimi duo longiores.

Palpi baſi rubri, apice nigri.

Maxilla ſuperior nigra, inferior rubra.

Thorax convexus, deflexus, ſubcarinatus, transverſe ſulcatus, lacunis et tuberculis rugoſus; poſtice rotundatus; antice acutus callo magno elevato, convexo, punctis quatuor magnis et ſulco longitudinali lacunoſo.

Elytra abdomine breviora, ſaepe duplo, deflexa, fuſco-rufeſcentia, venis elevatis reticulata, rugoſa.

Pectus laeve, lividum vel nigrum, punctis 4 impreſſis.

Abdo-

Abdomen laeve, nigrum totum vel lividum fasciis rufescentibus.

Femora postica angulata, compressa, crassa, laevia, nigra vel fusco-rufescentia; antica brevia.

Tibiae angulatae seu antice convexae, postice concavae, angulis serratis rubrae, basi apiceque nigrae.

Plantae rubrae.

Digiti unguiculati, nigri.

Varietates: 1) *Capite thoraceque totis rubris, immaculatis.*

2) *Corpore toto rufescenti-nigro.*

3) *Capite nigro; thorace atro marginibus antico et postico sanguineis.*

G. CANESCENS: *cinereus thorace vertice depresso, carinato, elytrisque lineis canescentibus.*

Corpus magnitudine *Gr. varioloſi*, compressum, ex cinereo et nigro varium.

Caput inflexum, cinereum, antice compressum, sulcatum cum puncto incluso; *Vertex* depressus, acuminatus.

Oculi glaucescentes.

Antennae cinereae, filiformes, articulis 16, subrotundis, thorace breviores.

Thorax angulatus, carinatus, profunde rugosus rugis tribus transversis, totus uti caput rugoso-muricatus, cinereus, lineis latis utrinque duabus fuscis. Carina elevata, convexa, denticulata, antice prominens, acuta, postice protracta in scutellum subserratum, longitudine $\frac{1}{3}$ abdominis.

Elytra

Elytra abdomine ſesquilongiora, lanceolata, deflexa, cinereo-fuſca. A baſi in medio ſinguli ad medium linea cinerea, anguſta; ſupra hanc linea cineraſcens latior, ſimilis et ſubtus alia latiſſima rufeſcenti-cinerea.

Alae fuſcae, margine cinereo, longitudine Elytrorum.

Abdomen cinereo-fuſcum, glabrum.

Pedes anteriores cinereae, ſubinermes.

Femora poſtica cinerea, craſſa, longa, compreſſa, 7-angulata angulis tribus ſpinoſis, ſubreticulata, ſenſim anguſtata, articulo utrinque dilatato, et lunula nigra notato.

Tibiae angulatae, dentatae duplici ſerie, intus purpuraſcentes.

Plantae cinereae, ſubinermes.

DISSERTATIO SISTENS NOVAS INSECTORUM SPECIES.

PARS VI.

D. 28. MAJI 1791.

RESP.

ANDREAS JOHANNES LAGUS.

MELOË.

Antennae moniliformes.
Caput inflexum.
Thorax quadrato-globosus.
Elytra flexilia.
Corpus oblongum.

M. HIRSUTUS: *totus ater, immaculatus, hirtus, elytris acutis.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus M. vesicatorio minus, totum atrum, immaculatum et villosum, inprimis caput et thorax.
Elytra acuta, tenuissime et obsolete villosa.

M. URSUS: *totus ater, immaculatus, hirtus, elytris obtusis.*
Habitat in Capite bonae spei.

Cor-

Corpus magnitudine M. veſicatorii, totum atrum, hirſutum etiam elytris, imprimis lateribus, pilis denſis exſtantibus.
Elytra rotundato-obtuſa.

M. NITIDULUS: *cyaneus elytris teſtaceis.*
Lytta nitidula Fabr. Mant. Inſ. p. 215. Syſt. Entom. p. 826.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus Meloë Cichoreo paulo minus, cyaneum, nitens, pilis tenuiſſimis villoſum.
Antennae moniliformes, nigrae.
Elytra teſtacea ſeu flaveſcentia, immaculata, laeviſſima.
Pedes violacei.
Var. α. *elytris flaveſcentibus, minor.*
β. *elytris ferrugineis, major.*

M. RUGOSUS: *ater, villoſus, elytris rubris punctato-rugoſis.*
Corpus totum, exceptis elytris, atrum, villoſum inprimis caput et thorax.
Elytra rubra, frequentiſſime impreſſo-punctata.
Differt a M. algirico, cui elytra laeviſſima et flava, eo quod duplo minor atque elytra punctata et rubra.

M. FLAVUS: *totus flavus, glaber, antennis tibiisque nigris.*
Habitat in China.
Corpus M. veſicatorio duplo minus, totum glabrum, flavum.
Antennae, palpi, oculi et tibiae nigrae.

M. CANTHAROIDES: *flavus, glaber elytris cyaneis.*
Cantharis melooides. Muſ. Catal. P. 4. p. 55.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus M. veſicatorio minus, totum glabrum, nitens, flavo-rubrum.

Oculi nigri et tarſi fuſci.
Elytra cyanea, tenuiſſime villoſa et punctato-rugoſa, immaculata.
Facies M. ſyriaci, ſed minor et elytra cyaneo-viridia, non caerulea.

M. FIMBRIATUS: *niger, elytrorum margine ſuturaque cinereis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus totum nigrum, pilis cinereis tenuiſſime villoſum.
Caput poſtice cineraſcens.
Thorax lateribus et linea media cinereis.
Elytra atra margine omni cinereo.
Abdomen et *femora* cineraſcentia, pedibus magis nigris.

M. LINEATUS: *elytris nigris: linea marginibusque cinereis, vertice capitis macula nigra.*
Corpus totum tenuiſſime villoſum.
Caput rubrum, ore, oculis maculaque frontis nigra.
Antennae nigrae articulis tribus infimis rubris.
Palpi rufeſcentes.
Thorax niger lineis tribus cinereis.
Elytra nigra margine omni cinereo, in medio linea cinerea apicem non attingente.
Abdomen et *pedes* toti nigri.
Similis M. vittato, ſed duplo minor et valde diſtinctus.

M. VITTATUS: *elytris, linea marginibusque flavis, vertice capitis 2-punctato.*
Habitat in America.
Corpus totum pilis tenuiſſimis villoſum, magnitudine *M. Cichorei.*
Caput rubrum: palpis, antennis, oculis et verticis punctis duobus nigris.

Tho-

Thorax niger lineis tribus rubris.
Elytra atra margine omni et linea media flavo-ferruginea.
Abdomen nigrum, cinereo-villosum.
Pedes nigri femoribus basi rubris.

M. 14-PUNCTATUS: *ater, hirtus elytris flavis: punctis 14 nigris.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus paulo minus *M. vesicatorio*, totum atrum, hirtum pilis subcinereis.
Elytra lutea: margo posticus rotundatus, *ater;* intra marginem in ipsa costa linea et prope futuram punctum nigrum: in medio duo et intra apicem tria puncta inaequalia nigra.

M. IMPAR: *ater, hirsutus, elytris flavis: fascia interrupta punctisque octo nigris.*
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus magnitudine *M. Cichorei*, totum atrum, hirsutum pilis nigris.
Elytra flava: pone basin in singulo puncta duo oblique posita, nigra; intra apicem puncta duo nigra, quorum exterius minus; in medio fascia undata, nec marginem nec futuram attingens.
Similis quidem *M. 10-punctato;* sed differt apice elytrorum flavo et fascia undata; a *M. 10-punctato* et *M. 14-punctato* differt fascia, situ et numero punctorum.

M. 10-PUNCTATUS: *ater, hirtus elytris flavis: maculis 10 nigris.*
Mylabris 10-punctata Fabric. Mant. Inf. p. 216. et Spec. Inf. p. 331. non vero Meloë 4-punctata Linnaei Syst. Anim. p. 680.
Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *M. Cichorei*, totum atrum, hirtum.

Elytra laevia, tenuissime punctata, lutea: basi intra marginem lineola atra et punctum nigrum prope suturam; in medio macula major versus exteriorem marginem et in ipsa sutura punctum minutissimum; in apice macula magna dentata nigra.

Var. α. *major*, *macula media dentata.*
β. *minor*, *macula media minori angulata, antennis apice flavis.*

M. LUNATUS: *ater*, *hirtus*, *elytris lunula punctis fasciisque duabus flavis.*

Habitat in Promontorio bonae spei.

Corpus M. Cichoreo paulo majus, nigrum, villosum.

Antennae glabrae, basi nigrae, apice articulis 5 luteis.

Elytra atra, costis tribus obsoletis notata, tenuissime punctata: in ipsa costa marginis macula lutea et alia lunata in basi versus suturam flexa, illam tamen non attingens; in medio et intra apicem fascia lata, lutea, denticulo invicem communicantes.

M. BICOLOR: *ater*, *villosus*, *elytris antice flavis, postice ferrugineis: fasciis tribus punctisque duobus nigris.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *M. Cichorei*, totum atrum, tenuissime villosum pilis nigris brevibus.

Elytra antice lutea, postice ferruginea, frequentissime impresso-punctata, obtusa, antice et margine postico tenuissime villosa; fascia baseos communis tridentata, apicis terminalis lunata, media latissima, inprimis postice den-

dentata; omnes transverſales, nigrae; inter faſciam baſeos et mediam punctum parvum, nigrum, medium inter ſuturam et marginem exteriorem.

M. 3-PUNCTATUS: *ater hirtus, elytris flavis: faſciis duabus punctisque ſex nigris.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus M. Cichoreo majus, totum atrum, valde villoſum, etiam elytris pilis nigris, erectis.

Elytra flava; puncta pone baſin in ſingulo tria, nigra, oblique poſita, quorum interius majus; in medio faſcia nigra; apicis macula magna, lunata, atra.

Var. α. *Major, faſcia media transverſa, biarticulata, ſeu in medio coarctata.*

β. *Minor, faſcia media transverſa, ſubdentata.*

γ. *Major faſcia media interrupta in medio ſinguli elytri, ſic ut potius formet puncta duo marginalia, quorum exterius magis oblongum.*

M. COCCUS: *ater hirtus, elytris rubris: faſciis quatuor nigris obliquis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *M. Cichorei*, totum atrum, nigro-villoſum.

Elytra rubra: faſcia lata in ipſa baſi, transverſa, undata; faſcia media obliqua e maculis duabus coalita; pone hanc alia, ſimilis faſcia; ipſe apex oblique niger.

Var. α. *Maculis duabus ſanguineis ſinguli elytri intra faſciam baſeos; faſcia tertia interrupta; faſcia ſecunda et tertia ſuturam non tangentibus.*

Var. β. *Macula unica sanguinea singuli elytri baseos; fascia tertia non interrupta, futuram tamen non tangente.*

γ. *Macula baseos sanguinea obsoleta vel nulla; fascia tertia coalita, futuram non attingente.*

M. 3-FASCIATUS: *ater glaber, elytris rubris: fasciis tribus nigris.*

Corpus maximum, totum atrum, glabrum.

Elytra rubra: fasciis tribus nigris; prima pone basin, angustissima, recta, futuram non attingente; secunda paulo pone medium, latiori, undulata, omnino transversa; tertia apicis, latissima, subdentata.

M. PUSTULATUS: *ater hirtus, elytris atris: fasciis duabus punctisque duobus sanguineis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus maximum, totum atrum, valde hirsutum, etiam elytris antice pilis nigris.

Elytra atra, tenuissime impresso-punctata et lineis aliquot elevatis obsoletis costata, obtusissima; prope basin in singulo prope futuram macula rotundata, sanguinea; paulo ante medium fascia omnino transversa, rubra; intra apicem fascia rubra.

Var. α. *Macula baseos duplici: altera in singulo elytro, marginali, sanguinea; altera juxta futuram posita fasciisque undato-dentatis.*

β. *Macula baseos solitaria in singulo elytro fasciisque latissimis, vix undatis.*

M. OCULATUS: *ater hirtus, antennis apice elytrisque maculis duabus fasciisque totidem luteis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Cor-

Corpus maximum, *M. Cichoreo* quadruplo majus, totum, exceptis elytris et antennarum apicibus, atrum, cinereo-villosum.

Antennae moniliformes, ultimis septem articulis flavis.

Elytra tenuissime punctato-rugosa, atra: juxta basin in singulo macula orbiculata, major, lutea; in medio fascia lata lutea et alia intra apicem lata, subdentata.

Var. α. *Fascia media aequali, transversa.*
β. *Fascia media versus futuram subinterrupta.*

M. UNDATUS: *ater hirtus, elytris fasciis tribus luteis, undatis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus minus, *M. Cichoreo* quadruplo minus, totum atrum, hirtum pilis nigris, erectis.

Elytra atra, tenuissime punctato-rugosa: fascia baseos subabrupta in futura, marginem exteriorem non attingens; media undulata, in margine exteriori hamum versus basin exferens; postica intra apicem undulata, omnino transversa; omnes luteae tennes.

M. 4-FASCIATUS: *ater villosus, elytris fasciis quatuor luteis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *M. Cichorei*, totum atrum, villosum.

Elytra atra, tenuissime punctato-rugosa: prima fascia baseos; secunda ante medium; tertia pone medium, undata; quarta intra apicem, retrorsum lunata.

Var. α. *fascia baseos undulata, secunda abrupta, puncto marginali libero.*
β. *baseos punctis duobus, fascia secunda undata, transversa.*

M. 10-GUTTATUS: *ater villosus, elytris maculis duodecim flavis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus totum atrum, villosum, *M. Capensi* duplo minus.

Elytra atra maculis duodecim, rotundis, flavis, per paria dispositis: duabus ante apicem, duabus in medio, una in basi juxta suturam et una magis oblonga in ipso margine antico.

Differt a *M. capensi:* magnitudine minori, dispositione macularum et inprimis anticis distinctis nec lunatis.

M. 16-GUTTATUS: *ater villosus, elytris maculis quatuordecim flavis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus maximum, totum atrum, tenuissime villosum.

Elytra atra, tenuissime punctato-rugosa: in ipsa basi maculae duae, altera prope suturam orbiculari, altera in margine interiori oblonga; in singulo elytro ante medium maculae tres, rotundae, transversae; intra apicem exterius macula subrotunda et superius macula cordata, e duabus coalita; omnes luteae.

EURYCHORA.

Antennae filiformes.

Thorax depressus, concavus.

E. CILIATA: *nigra glabra, thoracis elytrorumque marginibus elevatis ciliatis.*

Pimelia ciliata. Fabric. Mant. Insect. p. 209. Ejusd. Spec. Insect. p. 319.

Habitat sub lapidibus in Cap. bonae spei, gregaria, saepissime tecta tela tenuissima, torta, albida.

Cor-

Corpus magnitudine fere *Silphae atratae*, totum nigrum, ovatum, trigonum, laeviſſimum et glaberrimum.

Antennae filiformes, articulis decem: tertio articulo longiore, ultimo paulo craſſiore trigono; totae pilis breviſſimis cinereis decumbentibus tectae.

Thorax depreſſo-concavus lateribus alato-elevatis, antice emarginatus pro capite, poſtice truncatus: margo omnis pilis cinereis ciliatus.

Pectus gibbum, ſulco transverſo impreſſum.

Elytra connata, nigra, laevia absque ulla ſtria, glabra, nitida, medio dorſo gibba, marginibus paulo elevata, pilis cinereis ciliata.

Abdomen trigonum.

Pedes pilis cinereis breviſſimis decumbentibus hirti: *femora* inermia; *tibiae* terminatae ſpina duplici; *tarſi* quinque; *digiti* unguiculati.

PIMELIA.

Antennae moniliformes.

Thorax rotundatus, gibbus, emarginatus, poſtice truncatus.

Elytra connata, undique deflexa, alis nullis.

Corpus ovatum, valde gibboſum.

P. STRIATA: *nigra elytris lineis ſeptem rubris.*

Pimelia ſtriata. Fabric. Mant. Inſect. p. 207. Ejusd. Syſtem. Entom. p. 251.

Habitat in Cap. bonae ſpei ſatis frequens inter lapides collium.

Corpus magnitudine *Melolonthae vulgaris*, ſed craſſius et magis inflatum, ovatum, undique gibboſum, totum nigrum, glabrum.

Caput thorace anguſtius eique exceptum, punctatum, antice lacuna impreſſa et ore depreſſo.

Oculi

Oculi semicirculares, rufescentes.

Antennae moniliformes, articulis subconicis sensim versus apicem brevioribus, tenuissime villosae, unguiculares seu longitudine capitis cum thorace.

Thorax convexus, marginatus, laevis, antice excisus pro capite, postice truncatus, medio latior, margine laterali obsolete serrulato.

Elytra connata, dorso gibba, postice et lateribus deflexa, marginata, laevia absque striis et punctis: saepe notata lineis septem rufis, scilicet una communi suturae ad apicem usque elytrorum ducta et tribus in singulo elytro apicem non attingentibus. Nulla linea basin elytrorum attingit. Subtus elytra lato margine costa acuta distincto inflectuntur.

Pectus et *abdomen* etiam laevia, vel tenuissime striata.

Abdomen segmentis quinque: secundo in medio macula notatur magna, rotunda, cinerea.

Pedes punctato-rugosi; *femora* inermia; *tibiae* spina duplici terminantur; *tarsi* quinque-articulati unguibus binis.

Var. α. *Lineis rubris elytrorum exstantibus.*
β. *Lineis elytrorum obsoletis.*

P. PILOSA: *nigra elytris postice pilosis.*
Pimelia pilosa Musf. Catal. P. 4. p. 49. Fig. 20.
Habitat in Cap. bonae spei rarior.
Corpus magnitudine et figura *Pimeliae striatae*, totum atrum.
Caput convexum, glabrum et laeve, clypeo et margine postico ciliato.
Antennae et *palpi* ferrugineo-villosi.
Oculi lunares, punctati, cuprei.

Tho-

Thorax convexus, laeviſſimus, antice exciſus, poſtice rotundatus, marginatus margine obſolete ſcabro.

Elytra connata, valde gibba, lateribus et poſtice inflexa, margine laterali duplici: ſulco glaberrimo interjecto; baſi laevia et impunctata, a medio ad apicem punctis elevatis minutiſſimis ſcabrida et pilis cinereis longioribus villoſa.

Pectus glabrum, ſubrugoſum.

Abdomen glabrum, elytris anguſtius.

Pedes cineraſcentes, villoſi, punctato-rugoſi; *femora* inermia; *tibiae* biſpinoſae; *tarſi* quinque ungue duplici.

P. SCABRA: *atra, glabra, elytris poſtice muricatis.*

Pimelia ſcabra. Fabric. Mant. Inſect. p. 208. Ejusd. Syſt. Entomolog. p. 251.

Pimelia ſcabra. Muſ. Catal. P. 4. p. 44. Fig. 24.

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine fere *Pimeliae ſtriatae*, totum atrum, glabrum, nitens.

Antennae villo cinereo tectae.

Caput deflexum labio ferrugineo-ciliato.

Oculi lunati, fuſco-cuprei, punctato-rugoſi.

Thorax valde gibbus, laeviſſimus, antice pro capite exciſo-ſubſpinoſus, poſtice truncatus, undique marginatus.

Elytra connata absque ſtriis et punctis impreſſis, medio dorſo valde gibba, lateribus deflexa margine lato duplici, poſtice incurvata; a baſi fere ad medium laevia, inde ad apicem punctis elevatis frequentiſſimis muricata, inter quae quaſi lineae tres ex hiſce ſpinulis formantur.

Pectus

Pectus et *Abdomen* gibbosa.
Pedes omnes cinereo-villosi, ut in praecedentibus.

Var. α. *Major abdomine immaculato.*
β. *Minor macula in segmento secundo ferrugineo-tomentosa.*

P. GIBBOSA: *atra, glabra elytris sulcatis lineisque tribus elevatis.*
Pimelia gibbosa. Mus. Catal. P. 4. p. 49. Fig. 23.
Habitat in promontorio bonae spei.
Corpus habitu praecedentium, sed paulo minus, totum atrum glabrum.
Antennae et *pedes* cinereo-villosi.
Oculi lunares obscure cuprei.
Thorax, pectus et *abdomen* ut in *Pimelia scabra*, etiam macula tomentosa ut in *varietate* β.
Elytra connata, deflexa, incurva, acutiuscula margine duplici sulcoque intejecto; supra sulci tres, subrugosi et prope hos in singulo costae tres elevatae, integrae vel subcrenatae postice coëuntes, nec tamen basin nec apicem attingentes.

P. PLANATA: *atra, glabra elytris costa unica crenata.*
Pimelia gibba. Fabric. Mant. Insect. p. 207.
Pimelia planata. Mus. Catal. 4. p. 49. Fig. 22.
Habitat in Capite bonae spei.
Corpus statura et magnitudine *Pimeliae scabrae*, totum atrum, glabrum.
Thorax lateribus obsolete rugosus.
Elytra connata margine duplici, quorum superior subcrenatus; supra fere omnino plana, laevia vel obsolete rugosa, postice valde deflexa uti et lateribus; latera inprimis postice tenuis-

tenuiſſime impreſſo-punctata; coſta inter latera et dorſum elevata, crenata, nec baſin omnino, nec apicem attingens.

ERODIUS.

Antennae moniliformes.
Thorax transverſus, convexus.
Elytra connata, gibba, ſaepius muricato-hiſpida.
Corpus ovatum, gibbum.

E. TESTUDINEUS: *ater thorace excisso glabro, elytris muricatis.*
Erodius teſtudinarius. Fabr. Mant. Inſ. p. 215. Ejusd. Spec. Inſect. p. 326.
Habitat in Capite bonae ſpei, vulgaris.
Corpus magnitudine *Silphae groſſae*, gibbum, atrum, glabrum.
Caput minimum, laeve.
Thorax antice lacuna quadrata pro capite exciſus, poſtice trilobus, convexus, laeviſſimus, margine acutiſſimo, immarginatus, ſulco obſoleto intra latera.
Elytra medio dorſo valde gibba, poſtice deflexa; margine acutiſſimo, ſubtus late inflexo: tota punctis minutis eminentibus ſcabra.
Femora et *pedes* impreſſo-punctata.
Interdum ex-argilla totus cinereus.

E. MINUTUS: *ater, laevis thorace exciſo.*
Erodius minutus. Fabric. Mant. Inſ. p. 215. Ejusd. Syſt. Entom. p. 259.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus quadruplo minus *E. teſtudineo* et omnino ſimile, licet hic omnibus partibus laevis.
Antennae ſubperfoliatae, ultimis quatuor articulis ſenſim craſſioribus.

E.

E. AFER: *ater, glaber elytris octo-costatis muricatis.*

Habitat in Africae promontorio australi.

Corpus magnitudine *Silphae atratae*, totum atrum, glabrum et exceptis elytris laeve, nitidum.

Caput thorace duplo angustius, margine postico cinereo-villosum.

Antennae filiformi-moniliformes, articulis undecim, quorum tertius longior, tres ultimi paulo crassiores.

Thorax convexus, undique marginatus, antice lunato-excisus, postice rotundatus.

Elytra margine lato inflexa, supra octosulcata sulcis obsolete muricatis, costis octo elevatis integris, praeter suturam, inaequalibus, alternis postice coëuntibus, nec basin nec apicem attingentibus.

Femora inermia, tenuissime impresso-punctata.

Tibiae spina duplici, picea terminatae.

Tarsi quinque, digitis unguiculatis, spina duplici picea.

E. LINEATUS: *ater, scabra elytris lineis decem albis.*

Sepidium lineatum. Mus. Catalog. P. 4. p. 48. Fig. 16.

Pimelia lineata. Fabric. Mant. Insect. p. 209. Ejusd. Spec. Insect. p. 319.

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *Silphae atratae*, totum atrum, undique muricatum.

Caput thorace angustius, ore exciso-spinoso.

Thorax convexus, immarginatus, antice parum lunatus, lateribus et postice rotundatus, medio et postice lacuna duplici depressus, muricatus.

Ely-

Elytra ſupra planiuſcula, poſtice incurva, lateribus late inflexa, ſupra coſta marginali et lineis quinque muricatis. Supra coſtae ſex, et in utroque margine deflexo ſubtus duae, tomentoſo-albae, poſtice coëuntes, apicem non vero baſin attingentes.

Abdomen ſericeo-albidum.

Pedes ut in *E. afro.*

E. PUNCTATUS: *cinereo-niger, muricatus elytris coſtis octo laevibus.*

Pimelia minuta. Fabric. Mant. Inſect. p. 209. Spec. Inſect. p. 318.

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine variat, interdum *Silphae atratae* magnitudine, interdum duplo minus, totum atrum, ſed pulvere cinereo undique tectum, tenuiſſime muricatum.

Caput deflexum, anguſtum.

Antennae moniliformes, *palpi* et *tarſi* picei.

Thorax transverſus, ſubquadratus, antice exciſus pro capite angulis ſubſpinoſis, medio coarctatus, poſtice rotundato-truncatus, margine laterali acuto elevato, ſupra parum convexus et quaſi e pilis decumbentibus muricatus.

Elytra convexa, lateribus deflexa ſub coſta acuta, poſtice inflexa, ſingulum coſtis quatuor laevibus vixque crenatis, baſin non apicem attingentibus. Ipſe margo lateralis ex duabus coſtis conſtans.

Femora ſubtus plana. *Cetera* ut in prioribus.

Variat magnitudine, colore magis vel minus cinereo, punctis elytrorum ſparſis ferrugineis.

E. TUBERCULATUS: *ater thorace aequali, elytris ſex-coſtatis piloſis inermi-muricatis.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine *Silphae groſſae*, atrum.
Caput laeve, thorace parum anguſtius, ore piceo.
Antennae filiformi-moniliformes, tertio articulo longiori, tribus ultimis villoſis.
Thorax transverſus, aequalis, convexus, marginatus, laevis.
Elytra margine laterali lato inflexa, poſtice deflexa, undique papilloſa punctis obtuſis elevatis, cineritie villoſa interſparſa, coſtis tribus laevibus notata, quae nec baſin nec apicem attingunt.
Pectus et *abdomen* laevia, glabra.
Pedes muricati, ceterum ut in prioribus.

E. GLOBOSUS: *ater, glaber thorace laevi, elytris ovatis: aculeis frequentiſſimis muricatis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus globoſum, atrum, glabrum, excepto thorace totum muricatum, magnitudine dupla *Byrrhi pilulae.*
Caput tenuiſſime impreſſo-punctatum, thorace anguſtius.
Thorax convexus, antice lunatus, marginatus, laeviſſimus.
Elytra margine inflexa, poſtice deflexa, undique muricata imprimis poſtice papillis elevatis; margines laterales cinerei.
Pedes ut in prioribus.
Variat magnitudine.

Differt a *Pimelia hiſpida Fabricii:* thorace laevi articulisque antennarum aequalibus.
a *Pimelia longipede:* thorace non canaliculato.

E. ECHINATUS: *ater, glaber thorace laevi, elytris oblongis per ſeries muricatis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.

Cor-

Corpus oblongum, atrum, glabrum, capite thoraceque exceptis totum muricatum, magnitudine *Silphae oblongae.*
Caput thorace paulo anguſtius, laeve, opacum, lamina ante oculos elevata.
Palpi et *antennae* piceae.
Thorax convexus, ſubaequalis vel antice parum undatus, marginatus, glaber, nitidus.
Elytra oblonga marginibus lateralibus inflexis punctatis, poſtice deflexa, ſupra per ſeries muricata aculeis inaequalibus.
Pedes ut in prioribus, ſed magis elongati.
Variat parum magnitudine.

E. GLOMERATUS: *ater, muricatus elytris coſtis ſex ſerratis.*
Pimelia ſerrata. Fabric. Mant. Inſect. p. 209. Spec. Inſect. p. 217.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus magnitudine *Silphae oblongae,* vel paulo minus, totum atrum, obſcurum, glabrum, muricatum.
Caput thorace paulo anguſtius, obſolete ſcabrum.
Thorax convexus, aequalis, vix marginatus, muricato-ſcaber.
Elytra cum *abdomine* ſubgloboſa, margine laterali inflexa, poſtice deflexa, undique rugoſa, coſtis in ſingulo tribus criſtatis, ſerratis, praeter marginem lateralem ſerrulatum, per paria poſtice coëuntibus.
Pectus, abdomen, femora atra, opaca, punctata.
Pedes poſtici elongati.
Tibiae piceae.
Variat paulo magnitudine.

E. BIFIDUS: *ater, glaber thorace laevi, capite impreſſo, elytris coſtis ſex ſerratis.*

Pimelia dentata. Fabr. Mant. Inſ. p. 208.
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus oblongum, atrum, glabrum, magnitudine *Silphae atratae.*
Caput atrum, opacum, obſolete punctatum, antice depreſſum figura dentata.
Antennae filiformi-moniliformes, capite thoraceque longiores.
Oculi cuprei.
Thorax convexus, ſubaequalis, laeviſſimus, marginatus, armato oculo tenuiſſime impreſſo-punctatus.
Elytra atra, poſtice cineraſcentia, opaca, undique aculeis minimis hiſpida, lateribus inflexa, deflexa apice, coſtis ſex ſerratis notata, exterioribus ſenſim longioribus, non coëuntibus, baſin non vero apicem attingentibus. Coſta marginalis poſtice bifida.
Pedes ut in prioribus, elongati.
E. CRENATUS: *ater elytris cinereis: coſtis octo crenatis.*
Habitat in Capite bonae ſpei.
Corpus oblongum, exceptis elytris totum atrum, opacum, ſcabridum.
Caput thorace parum anguſtius, tenuiſſime muricatum, lamina ante oculos pro antennis elevata.
Thorax convexus, marginatus, tenuiſſime punctatus.
Elytra tenuiſſime muricata, cinereo-tomentoſa, marginibus lateralibus deflexis punctatis; coſtae octo crenatae, baſin nec apicem attingentes, quarum extimae duae approximatae et extima cum tertia coit.
Pedes elongati ut in prioribus.
E. HORRIDUS: *thorace ſpinoſo, elytris coſtis ſex ſpinoſis.*

Pime-

Pimelia Echinata. Fabr. Mant. Inſect. p. 208. Spec. Inſ. p. 317.

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine fere *Silphae atratae*, ſubtetragonum, nigro-cinereum, ſcabrum, pubeſcens.

Caput deflexum, ſcabrum.

Antennae moniliformes, ſubpiloſae.

Thorax ſubquadratus, cinereo-tomentoſus margine antico elevato, bifido: poſtico transverſo, integro: laterali ſpina lata, erecta.

Elytra lateribus muricatis inflexa, poſtice deflexa, tota muricata et praeterea notata coſtis ſenis, armatis ſpinis conicis, erectis, cinereo-tomentoſis, quarum prima in humeris bifida.

Pedes cineraſcentes, piloſo-ſcabridi.

SEPIDIUM.

Antennae filiformi-moniliformes.

Thorax medio latior.

Elytra convexa, incurva.

Corpus oblongum, convexum, apterum.

S. OBLONGUM: *atrum, oblongum, abdomine macula ferruginea, thorace lateribus rugoſo.*

Habitat in Capite bonae ſpei.

Corpus magnitudine fere *Sepidii Caraboidis*, oblongum, laeve.

Caput thorace anguſtius, margine poſtico oreque ciliato, tenuiſſime impreſſo-punctatum.

Oculi cuprei.

Antennae apice craſſiores, piloſi, *palpique* picei.

Thorax convexus, medio latior, obſolete marginatus, ſupra laevis, tenuiſſime punctatus, lateribus rugoſus.

Elytra bimarginata margine inflexo, laevia, obſolete ſtriata.

Abdomen punctatum, medio macula magna ferrugineo-tomentosa.
Pedes punctati, hirti.

S. NOTATUM: *atrum, ovatum abdomine macula ferruginea, thorace obsolete muricato.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *Carab. mediocris*, ovatum, atrum, opacum.

Caput tenuissime muricato-papillosum, ore et margine postico ciliatum.

Antennae capitis thoracisque longitudine, articulis 10, apice piceae.

Palpi articulis tribus, picei.

Thorax convexus; antice posticeque truncatus, lateribus rotundato-dilatatus, marginatus, papillosus.

Elytra connata, incurva, ovata, glabra, striis obsoletis, marginata margine inflexo duplici.

Abdomen impresso-punctatum, macula oblonga ferruginea, pilosa, priora tria segmenta tegente.

Pedes villosi. *Tibiae* spinosae. *Digiti* unguiculati.

S. MARGINATUM: *atrum, glabrum elytris 8-sulcatis: sulcis rugosis.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *Silphae grossae*, atrum, glabrum.

Caput thorace angustius, antice attenuatum et depressum, tenuissime papillosum, opacum.

Thorax antice et postice truncatus, lateribus dilatatus, marginatus, tenuissime papillosus, opacus.

Elytra connata, dorso valde gibba, nitida, margine inflexo duplici, costis octo integris notata interque has sulcis totidem punctato-rugosis. Costae nec omnino basin, nec apicem attingunt.

S.

S. STRIATUM: *atrum, glabrum elytris 8-sulcatis: sulcis laevibus.*

Habitat in Capite bonae spei.

Corpus magnitudine *Sepidii Caraboidis*, totum atrum, opacum, glabrum.

Caput angustum antennis subfiliformibus, villosis.

Thorax convexus, medio dilatatus marginatus.

Elytra oblonga, connata, latere inflexo-bimarginata, tota laevia, costis octo abbreviatis et sulcis totidem obsoletis.

S. RETICULATUM: *cinereum elytris reticulatis: costis quatuor undulatis.* 1488?

Sepidium reticulatum. Muf. Cat. P. 4. p. 48. absque figura.

Habitat in Promontorio bonae spei prope urbem sub lapidibus satis frequens.

Corpus magnitudine *Silphae grossae*, supra cinereo-tomentosum, subtus fuscum, oblongum.

Caput thorace angustius, deflexum.

Antennae moniliformes articulis undecim: primo globoso, secundo minimo, tertio oblongo; totae hirtae.

Thorax convexus, subcordatus, antice lateribus dilatatus, cinereo-tomentosus, caracteribus tribus, litteris V oppositis referentibus, nigris.

Scutelli loco punctum nigrum.

Elytra subconnata lateribus inflexo-bimarginatis, supra planiuscula, tota cinereo-tomentosa, reticulata venis tranversis et costis undulatis, nigris. Costa media elevatior ante apicem cum opposita coit; intermediae obsoletiores.

Subtus nigro-cinerascens.

Variat valde magnitudine.

S. LACUNOSUM: *cinereo-nigrum thorace elytrisque costato-rugosis.*

Sepidium lacunosum. Mus. Cat. P. 4. p. 48. Fig. 14.
Habitat in Capite bonae spei, sub lapidibus.
Corpus magnitudine *Silphae oblongae*, subtrigonum, nigro-cinerascens.
Caput subquadrato-angulatum.
Antennae subfiliformes, apice crassiores.
Thorax ovatus, varie angulatus, lateribus dilatatus; supra costae duae, flexuosae, serratae, nigrae et extra has fasciculus papillarum nigrarum.
Elytra connata, margine deflexa, postice valde inflexa, supra rugoso-lacunosa et reticulata ex papilis concatenatis et sparsis nigris. In lateribus lineola ex papillis. Apex laevis.
Subtus omnia laevia, cinerea.

S. VITTATUM: *cinereo-nigrum thorace marginibus elytrisque lineis quatuor.*
Sepidium vittatum. Mus. Cat. P. 4. p. 48. Fig. 15.
Corpus magnitudine *S. fabulosae*, totum nigrum, cinereo-villosum, oblongum.
Caput antice depressum.
Oculi nigri.
Antennae capitis thoracisque longitudine, moniliformes, sensim vix manifeste crassiores, pilosae.
Thorax convexus, lateribus dilatatis cinereis.
Elytra bimarginata, incurvata, sensim attenuata, lineis quatuor cinereis notata, unica in utroque latere et unica in medio singuli elytri, apicem non attingente. Inter has lineas in medio singuli elytri est costa elevata, laevis.
Pectus nigrum cineritie tectum tenuissima.
Abdomen et *pedes* nigri.
Variat parum magnitudine.

DISSER-

DISSERTATIO

SISTENS

CHARACTERES GENERUM INSECTORUM.

D. IO. JUN. 1789.

RESP.

SAMUEL TOERNER.

PROOEMIUM.

Eam utique deprehendimus Syſtematum in gratiam Entomologiae concinnatorum copiam, ut plura ejusdem generis molimina ſupervacanea videantur. Sic ſtrenuam et felici cum ſucceſſu in illa excolenda atque ad faſtigium perducenda operam collocarunt bene multi Syſtematici eo directam, ut ad naturae foetus ſcrutandos facilior panderetur aditus. Sed in hoc praeſtando in diverſa abierunt Auctores, diſpari modo ſciendi cupidis, ſatisfacientes. Quos inclitos! ſcientiae Conditores maximopere ſupereminet Hiſtoriae Naturalis ſtator immortalis A LINNÉ; qui Summus Vir, ut ob ſparſa lumina per reliquas Hiſtoriae ejusdem partes incomparabilis, ſic etiam ex Inſectis Syſtematica ſerie tradendis nihil non gloriae reportaſſe dicendus eſt. Grato ac perſpicuo proponendi more ſe ubique commendat hujus ingenioſiſſimi Viri

methodus, naturae curiosos in sui amorem ac admirationem vi quadam ipsi propria rapiens.

Hic etiam silentio neutiquam praetermittere possumus de re Entomologica longe meritissimi Prof. FABRICII indefessam et eximiam plane operam, qui novum condendo Systema, Entomologorum in se convertit oculos, et cujus Scripta celeberrima omnium eorum jam versantur manibus. Maxime sane consentaneum omnium foret votis, ut hunc incredibili praeditum perspicacia Virum in subtilissimis insectorum partibus quisque assequi, et ipsius Characteres genericos eruere valeret. Cum vero ea sit oporteat hujus amoenae Scientiae indoles, ut ejus principia, quoad fieri possit, perveſtigatu facili methodo proposita, in omnium sese insinuent oculos cultorum, vereor ne potius nimiae curiositati satisfaciendae inserviat labor, in instrumentis cibariis insectorum, secundum methodum Fabricianam, adeo ad unguem resecandis, collocatus, quam intento respondeat usui; atque Scientiae cultores Nomenclaturae supra laudati Viri magis adhaereant, habitum insectorum in ejus operibus traditorum ex Synonymis Linnaeanis pernoscentes, quam notas Genericas ipsius Systematis irrito perquirere nitantur. Nos igitur Systema scrutatorum captui accommodatum exigendo, castra Fabriciana deserere cogimur, characteres generibus insectorum ab ipso impositos, in minoribus praecipue, haud difficiles modo, sed esse inextricabiles plane persuasi: proinde aliis, quibus volupe erit, aeque lynceis naturae scrutatoribus mandibulas ac maxillas insectorum earumque situm et dentes eruenda relinquimus, contenti, si in externis, aut magis conspicuis haud destruendi animalis partibus notas quasdam detegere valemus horum

animan-

animantium familiis discernendis applicatas. Quo in negotio, si LINNAEI vestigia legentes ab istis nos interdum deflectere offendimur, id mirum non erit perpendenti, tot esse insectorum species post tempora ipsius detectas, ut ad singulas inveniendas et rite cognoscendas opus sit illas in plura genera disjungere; cujus rei necessitatem adeo quemvis perspicere convincimur, ut omnem demonstrationem superfluam ducamus.

Ad ordines insectorum quod attinet, illos, quos statuit A LINNÉ, integros servamus, divortia sententiarum cum FABRICIO facientes, qui Apem, Ephemeram et Oniscum sub eadem classe consociat, qui Libellulam et Araneam simili modo conjungit, et Acarum ac Oestrum sub eodem ordine proponit.

Difficultate ergo in hisce mire variantibus animalculis dignoscendis pensitata, Celeber. D. Praeses, pro suo in Historiae Nat. incrementa ardore de eo fuit sollicitus, ut Entomologorum labor hac in re quodammodo sublevaretur; quem in finem praesens opusculum eorum proponitur discrimini, quo pacto sciendi cupidis methodus, qua in Museo Acad. Upsal. adornando usus sit, cum illis emendationibus, quas, post illius jam editum Catalogum, iteratae observationes instituendas suaserunt, simul innotescat.

Editurus Specimen quoddam Academicum rogavi, ut vires in illo negotio conficiendo mihi periclitari permitteret idem Vir Celeberrimus. Quamobrem hos Characteres insectorum qualescunque Tibi B. L. fistit tenuis mei ingenii suppellex, indulgentem juvenilium conatuum excusationem enixe mihi expetens.

* * *

I. CO-

1. COLEOPTERA.

α. Antennis clava solida.

PAUSUS: Clava uncinata. Elytra abbreviata.
HISTER: Caput retractum. Elytra abbreviata.
COCCINELLA: Corpus hemisphaericum, subtus planum.
ANTHRENUS: *a*) Caput retractum. Thorax antice coarctatus. Corpus ovatum.
ELOPHORUS: Thorax quadratus. Elytra aequantia.

β. Antennis clava bulbiformi.

BULBOCERUS.

γ. Antennis clava lamellata.

LUCANUS: Maxillae porrectae.
SCARABAEUS: *b*) Caput extuberans. Tergum scutellatum.
COPRIS: Caput extuberans. Tergum exscutellatum.
MELOLONTHA: Caput muticum.
TROX: Caput retractum. Abdomen subtus planum.

δ. Antennis clava perfoliata.

CURCULIO: *c*) Caput rostratum, postice incrassatum.
ATTELABUS: Caput rostratum, postice attenuatum.
HYDROPHILUS: *d*) Corpus ovale, fornicatum. Pedes natatorii.
SPHAERIDIUM: *e*) Corpus ovatum, fornicatum. Pedes gressorii.

BYR-

a) Sub Byrrhi nomine comprehensus in Cat. Mus. Upsal.

b) Hoc, ut sequens genus, thoracem induit elytris adaequatum, ampliato-productum, sed Melolonthae thorax est elytris inadaequatus, angustatus, brevis.

c) Antennae insidentes rostro, ab oculis remotae.

d) Hydrous Cat. Mus. Upsal.

e) Corpus ad hemisphaericam figuram accedit in plurimis. Thorax ampliatus.

BYRRHUS: *f*) Corpus ovatum, convexum. Thorax antice coarctatus.

DERMESTES: Corpus oblongum, depressiusculum. Thorax antice attenuato-coarctatus.

BOSTRICHUS: *g*) Caput retractum. Thorax teres. Corpus cylindricum.

ANOBIUM: *h*) Corpus lineari-oblongum. Caput deflexum. Elytra flexilia.

TRITOMA: *i*) Corpus lineare, depressum. Thorax quadratus.

IPS: *k*) Corpus ovato-oblongum, undique convexum.

SILPHA: *l*) Thorax Elytraque lateribus explanatis.

NITIDULA: *m*) Thorax transversus. Elytra truncata.

NECROPHORUS: *n*) Thorax rotundatus, lateribus explanatis. Elytra plana, truncata.

ε. *Antennis moniliformibus.*

OPATRUM: *o*) Thorax convexus, antice lunatus, lateribus explanatis. Elytra convexa.

BRU-

f) Ingreditur Sphaeridii genus in Cat. Mus. Upſ.

g) Ips Cat. Muſ.

h) Obſ. Caput thoraci ſubaequale. Thorax rotundatus. Antennae in quibusdam Speciebua moniliformes.

i) Cum hoc charactere conveniunt Dermeſtes ferrugineus, Tritoma colon. Obſ. Caput exſertum.

k) Genus Fabr., ad quod pertinet Ips aenea: huc quoque referimus Silpham ruſticam in Cat. Muſ.

l) Corpus depreſſiuſculum, ovatum. Caput retracto-inflexum. Antennae moniliformes in multis.

m) Corpus quadratum.

n) Hoc genus conſtituunt Nitidula littoralis et N. veſpillo Cat. Muſ. Upſ. Nicroph. in ſcriptis Fabr. ſphalma forte eſt.

o) Huic aſſociantur Silpha cornuta, Hiſpa mutica et Opatrum Fabr.

BRUCHUS: Caput retracto-inflexum. Thorax antice anguſtatus. Elytra obtuſa.

HISPA: *p*) Thorax antice anguſtior, immarginatus. Elytra obtuſa.

CASSIDA: Corpus convexum, ſubtus planum. Thoracis clypeus caput obtegens.

CHRYSOMELA: Corpus ovatum. Thorax transverſus, marginatus. Elytra immarginata.

ALTICA: Pedes ſaltatorii.

MORDELLA: Corpus incurvatum. Elytra attenuata. Lamina ante femora.

ERODIUS: Thorax transverſus, convexus. Abdomen ſubgloboſum.

MELOË: *q*) Caput inflexum. Thorax lateribus adpreſſus, ſubrotundus. Elytra linearia, flexilia.

CLERUS: Caput thorace latius, reſimum. Thorax poſtice attenuatus. Elytra flexilia.

SPONDYLIS: *r*) Thorax elytris anguſtior. Corpus ſubcylindricum.

PIMELIA: *s*) Thorax rotundatus, convexus, marginatus. Elytra convexa, bimarginata.

TENEBRIO: *t*) Thorax antice lunatus, elytris ſubaequalis, marginatus. Corpus oblongum.

STAPHYLINUS: *u*) Elytra abbreviata. Cauda biſeta.

§. An-

p) Antennae porrectae, approximatae. Corpus ſaepius aculeatum.

q) Caput grande, retuſum.

r) Ad hoc genus referimus Tenebrionem aſperum, Spond. bupreſtoiden, quamvis antennae non nihil abludant.

s) Difficillime ab hoc genere diſſociari queunt Sepidii plurimae Species in Cat. Muſ., hinc combinavimus. Sepid. vittatum Erodii intrat genus.

t) Thorax fere quadratus.

u) Corpus lineare. Abdominis margo elevatus. Veſiculae 2 ſupra caudam exſerendae. Alae elytris obtectae.

ζ. *Antennis filiformibus.*

GYRINUS: Antennae cylindricae, capite breviores. Oculi quatuor.

NOTOXUS: Thorax gibbus, utrinque attenuatus.

PTINUS: Caput retracto inflexum. Thorax antice coarctatus.

MELYRIS: Caput inflexum. Thorax bimarginatus.

CRIOCERIS: Antennae approximatae. Thorax subquadratus. Elytra oblonga.

CRYPTOCEPHALUS: Caput retuso-retractum. Elytra obtusa. Corpus cylindricum.

AVCHENIA: *x*) Thorax teres, elytris depressiusculis angustior.

EVRYCHORA: *y*) Thorax subquadratus, depressus, margine sursum dilatato. Elytra depressa.

SEPIDIUM.

CUCUJUS: Corpus depressum. Thorax postice rotundatus.

BUPRESTIS: *z*) Caput thoraci semi-intrusum.

ELATER: Pectoris mucro e poro abdominis resiliens.

η. *Antennis setaceis.*

SCARITES: *a*) Thorax lunatus, postice rotundatus.

CARABUS: Thorax obcordatus, postice truncatus, marginatus.

CICINDELA: Oculi prominuli. Thorax inaequalis.

DONA-

x) Sub hac adpellatione complectimur Crioceridis generi quasdam species antea injunctas e. g. Cr. merdigeram, cyanellam.

y) Ad hoc genus amandamus Pimeliam ciliatam (Cat. Mus.)

z) Obs. Oculi in Bupreſtide fere oblongi, in Elatere rotundi.

a) Carabus maxillosus, Tenebrio fossor &c. hoc constituunt genus.

DONACIA: *b*) Thorax quadratus, immarginatus.
CISTELA: *c*) Corpus oblongum, fornicatum. Thorax marginatus, antice anguſtior.
DYTISCUS: Thorax transverſus. Pedes natatorii.
LEPTURA: Thorax ſubgloboſus, muticus, antice anguſtior.
CALLIDIUM: *d*) Thorax rotundatus, muticus.
SAPERDA: *e*) Thorax cylindricus, muticus.
PRIONUS: *f*) Thorax planus, margine acuto, crenulato-ſpinoſo.
CERAMBYX: ***) Thorax lateribus extuberanti-ſpinoſus.

CALO-

b) Habitus nobis perſuaſit eſſe Calopum aquaticum, Spondyl. femoratum (Cat. Muſ.) heic conjungendas.

c) Heic in conſiderationem veniunt Crioceris ſulphurea, C. ceramboides, ſimilesque in Cat. Muſ.

d) Comprehendit Cerambycem ruſticum, et hujusmodi in LINNAEI Syſtem.

e) e. g. Carcharias (Ceramb. LINN.)

f) e. g. Cerambyx coriarius Cat. Muſ.

***) Viderentur quidem diverſi in Cerambycis genere habitus diverſa prodere genera, modo character in his ſemper conſtans et perſpicuus obſervaretur. Curioſorum ergo velificantes deſideriis varias hujus generis facies ita proponimus: LAMIA: Thorax teres, ſpinoſus. Elytra elunata. (i. e. poſtice convexa.) CERAMBYX: Thorax teres, ſpinoſus. Elytra faſtigiata, linearia. Obſ. faſtigiatum ſumitur eo ſenſu, quo a LINNAEO adhibetur in Bupreſt. ruſtica. RHAGIUM: Caput elongatum. Thorax teres, ſpinoſus. Elytra ſubfaſtigiata, cuneata. STENOCORUS: Caput elongatum. Thorax teres, extuberans. Elytra cuneata. Adduntur tum etiam ceteris adfinibus ſequentes notae disjunctivae: CALOPUS: Thorax cylindricus, elytris anguſtior, muticus. Elytra clunata. SAPERDA: Thorax cylindricus, muticus. Elytra faſtigiata. CALIDIUM: Thorax rotundatus. Elytra faſtigiata.

CALOPUS: *g*) Thorax teres, elytris anguſtior. Corpus cylindricum.

CANTHARIS: Caput exſertum. Clypeus thoracis planus, elytris aequalis. Elytra linearia, flexilia.

PYROCHROA: *h*) Caput exſertum. Thorax rotundatus. Elytra flexilia. Corpus poſtice incraſſatum.

CALOLYMUS: *i*) Caput globoſum. Thorax antice coarctatus. Elytra linearia, flexilia.

MALACHIUS: Elytra attenuato-anguſtata.

LAMPYRIS: Caput tectum clypeo thoracis. Elytra flexilia.

NECYDALIS: *k*) Elytra abbreviata. Cauda ſimplex.

FORFICULA: Elytra abbreviata. Cauda forcipata.

2. HEMIPTERA.

† *Os maxilloſum.*

* *Antennae enſiformes.*

TRUXALIS: Caput conicum, elongatum.

** *Antennae filiformes. Os maxillis.*

ACRYDIUM: Thorax ultra alas productus.

GRYLLUS: *l*) Thorax hemelytris brevior. Alae deflexae.

PNEUMORA: Alae planae. Corpus inane, inflatum.

*** *An-*

g) Ab hoc genere non abludunt Cantharis viridiſſ. et Calopus ſerraticornis.

h) Nos, ut Fabricius, ſub hac Canthar. pectinicornem LINN. conſideramus.

i) Lymexylon Fabr. it. Horis.

k) Obſ. Alae exſertae, nudae; Forficulae tectae.

l) Alae lateribus corporis adpreſſae, item in Locuſta.

*** *Antennae ſetaceae. Os maxillis.*

LOCUSTA: Alae deflexae. Pedes ſaltatorii.

ACHETA: Alae incumbentes, inferiores caudatae.

BLATTA: *m*) Pedes curſorii: Antici breviores.

MANTIS: Pedes antici raptorii, longiores.

†† *Os roſtratum.*

FULGORA: Antennae capitatae. Frons producta, inanis.

CICADA: *n*) Antennae ſubulatae. Alae deflexae.

MEMBRACIS: *o*) Antennae ſubulatae. Thorax gibbus, poſtice attenuato-productus, abdomen adaequans.

TETTIGONIA: *p*) Antennae ſubulatae. Alae deflexae. Laminae ad femora poſtica.

CIMEX: Antennae articulatae. Alae planae, cruciatae. Pedes curſorii.

NOTONECTA: Pedes poſteriores natatorii.

NEPA: Pedes anteriores cheliformes, reliqui ambulatorii.

APHIS: *q*) Antennae ſetaceae, thorace longiores. Alae, ubi adſunt, erectae. Pedes ambulatorii.

CHERMES: Roſtrum pectorale. Antennae ſetigerae. Alae deflexae. Pedes ſaltatorii.

COCCUS: Roſtrum pectorale. Antennae filiformes, breves.

THRIPS: *r*) Roſtrum obſoletum, rima. Alae incumbentes, ſubcruciatae. Abdomen ſurſum reflexile.

3. LE-

m) Thorax orbiculatus.

n) Pedes ſaltatorii.

o) Cicada cornuta LINN. hujus eſt generis.

p) Cicadae manniferae, non ſaltantes (LINN.) heic a nobis inſiguiuntur.

q) Abdomen ſaepe poſtice bicorne.

r) Alae duae.

3. LEPIDOPTERA.

PAPILIO: *s*) Antennae apicem verſus craſſiores. Alae patulae.

SPHINX: *t*) Antennae medio incraſſatae. Alae deflexae.

BOMBYX: *u*) Antennae pectinatae. Lingua recondita. Alae deflexae, ampliatae.

NOCTUA: Antennae ſetaceae. Lingua ſpiralis. Alae deflexae, anguſtatae.

PHALAENA: *v*) Antennae filiformes pectinataeque. Alae patentes.

PYRALIS: *x*) Antennae filiformes. Alae deflexae, anguſtatae.

TORTRIX: Antennae filiformes. Alae ampliatae, obtuſae: margine exteriore curvo.

TINEA: *y*) Antennae ſetaceae. Alae acutae, convolutae.

ALUCITA: Antennae filiformes. Alae fiſſae.

4. NEUROPTERA.

LIBELLULA: Antennae ſubulatae. Alae extenſae, omnes aequales. Cauda hamoſo-forcipata.

AGRION: *z*) Antennae ſubulatae. Oculi extuberantes. Alae erectae, aequales.

MYRMELEON: Antennae capitatae. Alae deflexae, aequales.

EPHEMERA: Antennae ſubulatae. Alae erectae, poſticae minimae. Cauda ſetoſa.

s) Obſ. corpus anguſtum.

t) Corpus obeſum.

u) Antennae maris ſaepius pectinatae, feminae interdum ſetaceae.

v) Obſ. Alae horizontales. Corpus gracile. Antennae pectinatae et ſetaceae in diſtincto ſexu.

x) Alae conniventes in figuram deltoideam.

y) Alae convolutae in formam cylindricam.

z) Genus Fabr. Oculi prominuli e. g. Libellula puella LINN.

PHRYGANEA: Antennae ſetaceae. Thorax breviſſimus. Alae deflexae.
HEMEROBIUS: Antennae ſetaceae. Thorax rotundatus. Alae deflexae.
PANORPA: Antennae ſetaceae. Os roſtro corneo, cylindrico. Alae incumbentes.
RAPHIDIA: Antennae ſetaceae. Caput triangulare. Thorax elongatus.
TERMES: Antennae moniliformes.

5. HYMENOPTERA.

FORMICA: *a*) Antennae medio geniculatae. Petiolus abdominis extuberans.
MUTILLA: *b*) Antennae extrorſum attenuatae. Os elingue. Petiolus abdominis aequalis. Corpus totum pubeſcens.
APIS: *c*) Lingua inflexa. Alae planae.
VESPA: *d*) Antennae extrorſum craſſiores. Alae ſuperiores plicatae.
SPHEX: *e*) Antennae extrorſum attenuatae. Alae planae, ſubincumbentes.
CHRYSIS: *f*) Abdomen ſubtus fornicatum, utrinque ſquama laterali. Aculeus ſubexſertus.
SIREX: *g*) Abdomen ſeſſile, mucronatum. Aculeus exſertus ſub abdominis ſpina terminali.
CORYNIS: *h*) Antennae capitatae. Abdomen fornicatum.

LEU-

a) Antennae filiformes, fractae. Oculi minuti. Alae planae incumbentes, neutris nullae. Aculeus obſoletus.
b) Alae planae, feminis nullae. Abdominis primum ſegmentum maximum. Aculeus punctorius.
c) Antennae filiformes. Oculi oblongi. Aculeus feminis et neutris punctorius.
d) Antennae pendulae. Os elingue. Ocuii reniformes.
e) Antennae incurvae. Oculi ovati. Aculeus punctorius.
f) Os elingue. Alae planae. Corpus fulgidum.
g) Antennae ſetaceae. Thorax antice lunatus.
h) Sub hac denominatione innuimus Tenthredinem luteam, obſcuram, et hiſce ſimiles, quae alias iisdem notis inſigniuntur, ac Genus inſequens, Tenthredo.

LEUCOPSIS.

EVANIA.

TENTREDO: *i*) Antennae ſubfiliformes. Abdomen ſeſſile, oblongum. Aculeus ſerratus, bivalvis, reconditus.

ICHNEUMON: Antennae ſetaceae. Abdomen petiolatum, elongatum. Aculeus exſertus, bivaginatus.

CYNIPS; *k*) Antennae filiformes. Abdomen ſubovale, compreſſum. Aculeus ſpiralis.

6. DIPTERA.

OESTRUS: Os clauſum, poro pertuſum. Antennae globoſae, ſetariae.

STRATIOMYS: *l*) Proboſcis proclinata. Antennae lanceolatae, baſi conniventes Alae incumbentes. Scutellum dentatum. Abdomen rotundum.

BIBIO: *m*) Proboſcis proclinata. Antennae filatae, acuminatae. Caput globoſum. Alae extenſae.

MUSCA: *n*) Proboſcis proclinata. Antennae incraſſatae, breves. Scutellum muticum.

RHAGIO: *o*) Proboſcis exſerta, palpis incumbentibus. Antennae ſubulatae. Abdomen ſubconicum.

i) Thorax huic antice aequali-obtuſus.

k) Larvae cauſſae lunt Gallarum.

l) Huic generi inſerimus Muſcam mutabilem LINN. et M. chamael. cum reliquis iſtius ſtructurae.

m) Hoc loco denotamus Muſcam mauram L. et huic ſimiles, cum charactere convenientes.

n) Sub hoc genere combinavimus Muſcam et Syrphum Fabr. Alias ſaepiſſime dignoſcitur SYRPHUS Corpore tomentoſo, aut glabro, depili. (i. e. nullis majoribus pilis ſ. ſetis horrido.) MUSCA vero, Corpore piloſo.

o) Antennae apice interdum ſetigerae, ut in Syrpho Scolopaceo; Catal. Muſ. A. Upſ. Thorax huic generi gibbus. Corpus elongatum. Genus eſt Fabr. cujus Gener. habitum ſequimur.

TABANUS: *p*) Proboſcis exſerta, palpis incumbentibus. Antennae filatae. Abdomen ovale.

TIPULA: Proboſcis breviſſima. Palpi duo, porrecti, incurvi. Antennae filiformes.

CONOPS: Proboſcis geniculata, ſetiformis, longa. Antennae clavato-acuminatae. Abdomen clavatum, inflexum.

CULEX: Hauſtellum elongatum: vagina aculeos ſetaceos gerente. Antennae filiformes.

EMPIS: Hauſtellum inflexum. Antennae ſubulatae. Caput globoſum.

STOMOXYS: *q*) Hauſtellum porrectum, ſetiforme. Antennae ſetariae.

BOMBYLIUS: *r*) Hauſtellum porrectum, longiſſimum. Antennae ſubulatae.

ASILUS: *s*) Hauſtellum porrectum, rectum, corneum. Antennae ſubulatae.

HIPPOBOSCA: *t*) Hauſtellum breve, cylindricum, nutans.

7. APTERA.

LEPISMA: *u*) Pedes VI. Antennae ſetaceae, Cauda triſeta.

PODURA: *v*) Pedes VI. Antennae ſetaceae. Cauda bifurca.

PEDICULUS: *w*) Pedes VI. ambulatorii. Antennae moniliformes.

PULEX:

p) Oculi transverſales in plurimis, ſed in Muscis, STRATIOM. RHAGION. longitudinales, vel rotundi. Proboſcis TABANI aculeis compreſſis, acuminatis praedita eſt.

q) Proponimus hic Aſilum Morion. LINN. Obſ. Proboſcis in canalem retractilis in Conope, Stratiomy, Bibione, Muſca.

r) Caput depreſſum. Corpus ovale. Alae extenſae.

s) Caput compreſſum. Frons barbata. Thorax gibbus.

t) Pedes unguiculis pluribus.

u) Pedes curſorii. Cauda ſetis extenſis Corpus ſquamatum.

v) Pedes curſorii. Cauda inflexa, ſaltatrix.

w) Os aculeo retractili. Abdomen depreſſum, ſubiobatum.

PULEX: Pedes VI. postici saltatorii. Proboscis brevis, incurva. Abdomen compressum.

ACARUS: Pedes VIII. Oculi II. Tentacula II., pediformia.

ARANEA: Pedes VIII. Oculi III. Antennae nullae. Os forcipatum. Palpi articulati, incurvi.

PHALANGIUM: Pedes VIII. Oculi IV. Antennae nullae. Caput antice cheliferum.

SCORPIO: *x*) Pedes VIII. Antennae nullae. Manus chelatae.

CANCER: Pedes X. Antennae breves. Corpus rotundatum. Cauda recurvato-recondita.

PAGURUS: Pedes X. *y*) Antennae IV, inaequales. Corpus elongatum. Cauda tenui membrana obducta.

ASTACUS: Pedes X. Antennae IV, elongatae. Manus chelatae. Corpus elongatum. Cauda extensa, foliacea.

GAMMARUS: *z*) Pedes X. Antennae anticae breviores. Cauda compressa.

MONOCULUS: Pedes XII, plurimi chelati. Antennae filiae. Corpus crustae innatum.

ONISCUS: Pedes XIV. Corpus convexiusculum.

SCOLOPENDRA: Pedes totidem utrinque, quot corporis segmenta. Corpus lineare, depressum. Antennae setaceae.

JULUS: Pedes duplo utrinque plures, quam corporis segmenta. Antennae moniliformes. Corpus semi-cylindricum.

x) In plurimis hujus Generis Speciebus observatur cauda articulata, mucrone incurvo instructa. Pectines II. pedes posticos adjacent.

y) Species in hujus generis Parasiticae sunt, cauda aphylla distinctae.

z) Huic generi adscribitur CANCER pulex LINN.

DISSERTATIO
DE
FALCONE CANORO.

D. 23. DEC. 1799.

RESP.

GABRIEL. RISLACHI.

In eximio atque locupletiſſimo Muſeo, quod inſtruxit de Ornithologia longe meritiſſimus, Illuſtriſſimus et Nobiliſſimus à CARLSON, occurrit Falco, quem deſcribere inſtitui. Duobus abhinc annis examini illum ſubjeci, eumque neque *Briſſoni*, *Buffoni*, *Lathamo*, neque alii cuidam recentiorum Ornithologorum cognitum eſſe animadvertens, cogitavi, qui poſſet in lucem prodire.

Cui occaſio fuerit magnificum illud nuper editum opus, in quo Falcones Africanos ſiſtit Dominus *Vaillant**) curatius inſpiciendi, operam meam ſupervacaneam is forſan judicaret, cum apud eum exſtant et figurae et deſcriptiones, quae primo intuitu in noſtrum Falconem cadere videntur; ſi vero omnia et ſingula comparare voluerit Lector, magnum facile comperiet discrimen. Ceterum cum quisque intelligat, ad ſpecies avium in genere et imprimis Falconum dili-

*) Hiſtoire naturelle des Oiſeaux d'Afrique par François le Vaillant. Fol. avec planch. enlum. à Paris.

diligentius, quam moris fuit, determinandas, neceſſariam eſſe non tantum ſollicitam Oeconomie illorum conſiderationem, ſed etiam accuratiorem deſcriptionem unius cujusque individui, quod facie quodam modo ab aliis differt; ſperare auſi ſumus fore, ut Scientiae hujus ſtudioſi animum ad hanc delineationem attendentes, omnes fructus temporis operaeque ſuae haud ſint perdituri. Cujusque denique arbitrio relictum ſit, credatne, hunc Falconem a Domino *Vaillant* antea deſcriptum eſſe, vel ſpeciem omnino aliam. Nobis interea eumdem ſub nomine *Canori* deſcribere liceat.

FALCO CANORUS.

F. Cera pedibusque luteis; gula et corpore ſupra ex plumbeo et nigro nebuloſis; ſubtus albidus, fuſco undulatus; remigibus primoribus nigris, ſecundariis canis; cauda ſupra nigra apice albo, ſubtus fuſca faſciis tribus albis; Uropygio albo.

De patria et moribus ejus nihil certi affirmare poſſumus, quippe cum Illuſtriſſ. ipſe a CARLSON ſibi in memoriam revocare non potuit, unde hunc Falconem acceperit. Illum tamen, ſi non in Suecia, ſaltem a Sueco quodam, captum putaverim; color enim pedum, cerae et oculorum in chartula, pedi affixa, et lingua et litteris Suecanis indicabatur.

Magnitudine Milvo non multo cedit, cui etiam habitu corporis, caudae et alarum longitudine ſimilis.

DESCRIPTIO.

Mandibula Superior ex corneo-caeruleſcens, verſus apicem pallidior, dente vix conſpicuo, *Inferior et anguli oris* ſordide flaveſcentes.

Cera aurantia, ventricosa, dimidiam rostri partem occupans. *Nares* rotundatae, patulae.

Lora nuda, flava, setulis tantum rarioribus fuscis adsperſa.

Oculi palpebris luteis, iridibus aurantiis.

Pileus, Cervix, Interscapulium, Latera colli et capitis, Gula, concolores, pennis basi plumbeis apice nigris, maculis transversis tertiam partem pennae occupantibus, qui color in *Mento* et *Scapulis* sensim in cinereo-fuscum abit.

Uropygium et *Tectrices caudae superiores* albicant.

Cauda integra apice albo; *Rectricis intermediae* supra; praeter apices, omnino nigrae, *reliquae* margine tantum exteriori, interiori autem fuscae, qui et in *extimis* albo paullulum tingitur. 1, 2, 3 *subtus*, a basi ad medium fere, fuscae, deinde fasciis tribus albis et duabus fuscis alterne insignatae. In 1 et 2 fasciae, latitudine pollicis. Harum ultima alba totam transcurrit pennam, reliquae marginem tantum interiorem. A 3 ad 6, fasciae albae sensim sensimque ita obscurantur et coarctantur, ut in 6 omnino evanescant.

Remiges primores utrinque nigrae, 1, quarta parte brevior, 2, margine exteriori leviter in cinereum diluto; quod et in pennis pollicis obtinet, quae ceterum nigrae. *Secundariae* rachibus lactei coloris et radiis ex caeruleſcente-cano et lacteolo leviſſime intermisto eminent. In margine interiori color lacteus praevalet, in exteriori canus; qui et versus apicem in lineam transversam saturatiorem caeruleam coit, et a macula lactea semipollicari remigem terminante excipitur. Hinc, ala clausa fascia insignis. Remiges duae intimae omnino canescentes.

Tectri-

Tectrices alarum Superiores cinereo-fuscae, *Inferiores* sordide albae, fusco undulatae.

Pectus, *Abdomen*, *Hypochondria*, *Crissum*, *Femora*, ex rufescente-albida, strigis transversis circiter $1\frac{1}{3}$ lin. latitudine et huic fere aequali distantia inter se, cinereo fuscis, arcuatis ornata, convexitate arcuum basin pennarum spectante.

Pedes aurantii. *Tibiae* ad quartam partem infra genu pennis abdomini concoloribus vestitae. *Digitus exterior*, *Medio*, ad tertiam partem, membrana concolore adnexus. *Intermedius* longior (ut in Niso). *Posticus* validior. *Ungues* cerei s. colore *mandib. inferioris*, rectiusculi.

MENSURA.

Ab apice rostri ad apicem caudae 19 poll. Dec.
Rictus ab angulo oris ad apicem *mand. sub.* 1 poll. 5 lin.
Ala clausa s. a flexura ad apicem 13 poll. 6 lin.
Cauda 10 poll. 5 lin. Circiter 2 poll. extra alas extensa.
Tibia, femore paullo brevior 3 poll. 8 lin.
Digitus intermedius 1 poll. 4 l. *Unguis ejus* 4 l.

Opus Vaillantii, quum haud exiguo vendatur, ideoque apud nos raro compareat, descriptionem, quam ipse tradit, falconum, huix proxime accedentium, adferendo memet Lectori consulturum existimaverim. Primum autem suo jure vindicat locum.

FAUCON CHANTEUR. N. 27. T. I.

Au premier coup-d'oeil, le Faucon Chanteur pouvoit être pris pour une grande espece d'Epervier,

vier, cependant on ne peut le ranger parmi ces oiseaux, car il a les ailes proportionellement plus longues, la queue plus courte et le corps plus épais; mais comme eux, il a le tarse 1) fort long, ce qui l'éloigne un peu des Faucons 2). Sa queue est etagée, les plumes exterieures etant d'un tiers plus courtes que celles de millieu. La tête, le cou, la poitrine et tout le dessus du corps, sont d'un gris de perle, plus foncé sur le sommet de la tête, les joues et sur une partie des plumes scapulaires, ou elles prennent un ton brunatre; les couvertures du dessus de la queue sont blanches; sur les cotés elles sont rayées de gris-brun et ponctuées de la même couleur 3). Le ventre 4), sur un fond blanchatre, est rayé tres-finiment de gris-bleu clair; les rayures du reste du plumage sont plus separées les uns des autres, et elles sont d'un joli gris-bleu sur les jambes 5). Les grandes pennes de l'ail sont noires; chacun des plumes de la queue est terminée de blanc, celles du milieu sont noiratres, les autres ajoutent à cette couleur de larges bandes blanches 6). L'iris est d'un rouge-brun foncé. La base du bec (Cera) ainsi que les pieds sont jaunes. Le bec et les ongles sont noirs. Cet oiseaux est de la grosseur de notre Faucon. La femelle differe du male par sa taille, qui est d'un tiers plus forte, la base de son bec et ses pieds sont d'un jaune plus foible encore, et c'est principalement dans le temps des amours que ces mêmes parties, dans le male, prennent une couleur plus vive ou plus orangée; c'est alors aussi qu'il chante, ainsi que la plus part des autres especes d'oiseaux chanteurs.

La Femelle construit son nid dans l'enfurchure des arbres ou dans les gros buisson touffus; sa ponte est de quatres oeufs entierement blancs et pres-

presque ronds. — Dans son jeune age, le plumage du faucon chanteur est mélangé de beaucoup de roussatre. Cette belle espece d'oiseau se trouve dans la Caffrie et dans tout le pays qui l'avoisine; je l'ai rencontré aussi dans le Karrow et le Camdeboo.

Obs. 1. Anatomicum vocabulum hic obnoxie servans, Tarsum apellat, quod et in usu familiari et ad Ornithologiae leges Tibiae nomine designamus. Cur autem istud consilii mox deserit, pectusque (poitrine) vocat quod et Anatomi et Ornithologi gulam?

2. Figura, quam edit parum vera et exacta videtur, si mutuas singularum partium rationes rite aestimamus; nam in ea proportio alarum et caudae eadem est ac in Falcone Niso, h. e., extra tectrices caudae non eminent. Neque ea longitudo est pedum, si ad reliquas partes referantur, qualem discriptio indicat.

3. In figura; dorsum fuscum, jugulum canum, flexura alae, ut et pennae colli laterales in ejus confiniis, albo marginatae. Tectrices alarum collo concolores. Remiges minores stria transversali ex rufescente-fusca albedinem apicum excipiente.

4. h. e. Pectus et abdomen. Crissum sub alis delitescit.

5. Color albus purus est. Convexitas fasciarum ad apicem pennarum vergit.

6. Rectrices acutiores griseo-fuscae et fasciis et apicibus albis carent.

Tanta est descriptionis et ipsius figurae discrepantia. Utri igitur fides habenda? Quod quidem

dem eo difficilius diſcernas, quum ambae ad idem prototypon naturae effictae, aequalem videantur mereri. Neque cenſebimur inique agere cum Auctore, qui librum, non niſi magna pecunia parabilem, tamque ambitioſo apparatu inſignem oſtentat, ſi ſollertiorem in opere perficiendo requiramus curam. Jam vero qualem demum cunque hujus falconis ideam ſi nobis formare velimus, neceſſe eſt, ut ad deſcriptionem, ſit licet valde manca, ipſam figuram exigamus et corrigamus, rurſumque, quo illa deficiat, id quidem ab hac repetamus.

Quod ſi fiat, videbitur ſimul Vaillantii Falco illi, quem ſupra deſcripſimus, haud diſſimilis. Roſtri et unguium differentia prima ſe offert; haec autem novimus apud plurimas hujus generis aves in varia aetate ſimul eſſe diverſa; nec raro videmus, in pullo ea prorſus nigra eſſe, inque adulto demum albicare. Structura caudae valde differt. In Falcone Vaillantii fere cuneiformis eſt, in noſtro aequalis. Quam quidem diſcrepantiam feriat licet oculos, nullius momenti tamen judicabit quicumque noverit in decidio ſeu mutatione pennarum rectrices non eadem ratione erumpere et accreſcere, exterioresque ſaepiſſime ſerius quam interiores. Itaque fieri potuit, ut Falconi Vaillantii, in eo vitae ſtadio occiſo, eſſet cauda cuneiformis. Nec licet eam Sexui differentiam tribuere, quum in alia ſpecie Falconum eandem non ſtatuimus. Subtiliora colorum in plumis diſcrimina parum curaverim, quum ſingularum partium idem ſit color principalis. Ex magnitudine demum, proportionibus, quales edit deſcriptio, remigum minorum pictura ſingulari, quae in his, monſtrante figura, valde congruit, rel. forſan non temere judico, hanc avem ejusdem eſſe ſpeciei, eam-

eamque quam deſcripſi, ut adultiorem, ita perfectiorem.

L'ACCOLI N. 31. T. I.

L'Accoli comme l'oiſeau Saint-Martin a le corps alongé et ſuelt, les jambes et les tarſes longs, ainſi que la queue: Caracteres qui conviennent également aux Eperviers. Ceux-ci n'ont point les ailes longues, comme les oiſeaux de genre de l'Accoli, &c.

La couleur principale de l'accoli eſt un beau-grisbleu pale, repandu ſur la tête, le cou et le manteau. Cet oiſeau eſt tres culotté, c'eſt-à-dire, que les plumes qui recouvrent les jambes deſcendent fort bas, quoique le tarſe ne ſoit emplumé par lui même. Toute la partie inferieure du corps eſt blanchatre et ſiminent rayée, comme celle du Faucon Chanteur, avec le quel il ne faut point non plus le confondre, le dernier eſt beaucoup plus gros: d'ailleurs, ſa queue etagée le diſtingue de l'autre. Il eſt encore à remarquer, que dans les cantons ou ces deux eſpeces ſe trouvent en même tems, jamais ils ne ſe melent enſemble, et que l'accoli n'a qu'un cri aigre et ne chante point. — Il a le bec bleuatre, et le tour du nez (cera) d'un beau rouge, qui eſt auſſi la couleur des pieds. Les ongles ſont noirs, ainſi que le bout du bec. La femelle eſt d'un rouge plus terne que celui du male.

Obſ. Si proportionem partium ſpectaveris, ad deſcriptionem quadrat figura. Ad colorem quod attinet, nucha, dorſum et praecipue raches pennarum aliquanto obſcuriora ſunt. Gula canescens, ſtriis aliquot fuſcis longitudinalibus. Remiges primores nigrae, ſecundariae et Uropygium alba. Cauda ſordide alba rachibus rectricum

cum aurantiis. Convexitas undularum pectoris retrorsum vergit. Orbitae et frons nigra sunt. Habitus corporis facile tibi persuaderet, Falconem Canorum esse foeminam hujus Acolidis.

LE GABAR N. 33. T. I.

La taille de Gabar égale celle de notre Epervier il est seulement moins elongé, parceque sa queue est un peu plus courte. Toute la partie superieure du corps la tete et les joues sont d'un gris-brun, plus foncé sur le manteau et a l'occiput. Les couvertures du dessus et du dessous de la queue sont blanches; les grandes pennes des ailes sont brunnes dans toutes les parties qui se voient quand elles sont pliées; en dessous, elles ont toutes des bandes transversales. Les moyennes sont terminées en blanc. La queue carrement coupée, est en dessus barrée de brun foncé, sur un fond plus clair, en dessous elle l'est de blanc et de noir lavé. La gorge ainsi que la poitrine (regio claviculae) sont d'un gris bleuatre. Tout le reste du corps et les jambes tres culottées, portent une fine rayure de brun-clair, sur un fond blanchatre. Les yeux sont d'un jaune vif. La base du bec et les pieds ont une belle couleur rouge. Les griffs et le bec sont noirs.

Obs. Hujus Descriptio figurae prorsus convenit. Colore proxime accedit ad Canorum, sed dimidio minor est, et ipsa forma valde discrepat.

MURÆNA annulata.

MURÆNA nebulosa.

J.N. Ahl Sc.



MURÆNA fasciata. MURÆNA picta.

J.N. Ahl Sc.

1.

2.


3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

1.

2.

3.

4.

5.

5.

6

7.

8.

9.

10.

11

12.

13.

14.

Thunb. Vol. III.

5. 4. 3. 2. 1.

6. 7. 6.

8. 9. 8.

10.

11. 12. 11.

13. 14. 14.

Thumb. Vol III.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

Thunb. Vol. III.



Thunberg. Vol. III.

5.

4.

3.

2.

1.

10.

9.

8.

7.

6.

15.

14.

13.

12.

11.

19.

18.

17.

16.

Thunberg Vol. III.

4.

3.

2.

1.

8.

7.

6.

5.

12.

11.

14.

13.

10.

9

18.

17.

16.

15.

5.

2.

1.

3.

8.

7.

6.

4.

9.

10.

Thunb. Vol. III.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

20.

9.

21.

8.

15.

14.

13.

12.

11.

10.

16.

17.

18.

19.

Thunb Vol III

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.